





<sup>13</sup>  
DISSERTATIO INAUGURALIS JVRIDICA  
<sup>14</sup>

DE

# PERJURIO JUDICIALI

<sup>Quam</sup>

RECTORE MAGNIFICENTISSIMO,  
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO,

DN. F R I D E R I C O  
WILHELMO,

PRINCIPE PRUSSIÆ, MARCHIONE  
BRANDENB. RELIQUA

ILLUSTRIS JCTORUM HALENSIVM  
ORDINIS CONSENSU

PRO GRADU DOCTORALI

D MARTII MDCCXIV.

IN AUDITORIO MAJORI

*horis ante & pomeridianis,  
publicae disquisitioni subjicit*

JO. MARTINV<sup>S</sup> Wichmannshausen/  
Halberst. Saxo.

---

HALÆ MAGDEBURGICÆ,

TYPIS JOH. CHRISTIANI ZAHNII, ACAD. ET SENAT. HALLENSIS  
TYPOGRAPHI.

DOMINI LATITIO LUNGUSTERI ANDICY

# PERRIURIO JUNDICANIU

RECTORE MAGNUCENTISMO  
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO

DUNERIDERIGO  
MUNHEFMO

PRINCIPE TRASTA MARCHONE

SANDU PUBLUCULLUANU

WILUULLUAU DOMINO SANCTUMMURUO

QUODU GRADU ECCLORALU

QUODU MANUU SANCTUEXUU

QUODU MANUU OPTIMAU MUNDA

QUODU MANUU CONSPECTUU

QUODU MANUU CONSPECTUU

QUODU MANUU CONSPECTUU

QUODU MANUU CONSPECTUU

PHOTOGRAPHIA

V I R O  
PERILLVSTRI AC EXCEL-  
LENTISSIMO DOMINO,  
DOMINO  
**FRIDERICO WILHELMO**  
**POSADOVSKY,**  
LIBERO BARONI  
**DE POSTELWITZ**  
REGIAE MAJESTATI PO-  
RVSSICAE A CONSILIIS INTIMIS,  
ET  
ADVOCATIAE QVEDLINBVR-  
GENSIS PRAEFECTO &c.

DOMINO MEO BENIGNISSIMO,

V I R O  
P R I V A T I A C E X C E P T  
L E N G T H M O D O M I N O  
D O M I N O  
F R I D E R I C O W I L H E L M O  
P O S A D O U S K Y  
L I B E R O B A R O N I  
D E P O S T E L W I L X  
R E G I A E M A J E S T A T I P C  
R A S S I C A E A C O N S U L S I N T I M S  
E T  
V D A O C A T I A E G A E D I N A R  
G E N S I S P R A F F E T O  
D O M I N O M E O B R U N C H W I M M O

VIR PERILLVSTRIS AT  
QVE EXCELLENTISSIME

**N**OMEN TVVM PER-  
ILLVSTRE an papy-  
raceo huic foetui praefig-  
gerem? metu tortus &  
spe allectus haesitaui diu. Dehor-  
tari videbatur , quod dissertationis  
hujus inauguralis argumentum o-  
culis TVIS, VIR PERILLVSTRIS

forsan indignum, & quod temerita-  
tis spiraret speciem, ut sine venia  
**TANTO NOMINE**, vt inde pa-  
ginis acquireretur splendor ac pa-  
trocinium. Sed vicit tandem spes,  
incredibilem virtutem **TVAM**  
**GRATIAMQVE** vrgens, quae nu-  
per tantum favoris in me indignum  
contulit, ut ab oculis **TVIS** conce-  
dens, laetus & venerans quidem, sed  
insimul incredibili Comitate **TV A**  
confusus abierim. Auita haec **TV A**  
virtus est, atque a Majoribus **TVIS**  
felicissime in **TE** transfusa, quae o-  
mnium amorem **TIBI** conciliat, ve-  
nerationemque erga **TE** omnium

&amp;

& singulorum communem. Lo-  
quitur quippe non solum de immortalitatibus PARENTIS TVI pie  
defuncti in Remp. meritis tota Silesia,  
eiusdemque fatum praematurum  
adhuc hodie lacrymosa deplorat,  
verum etiam *hujus Viri beati Filium*  
*per illustrem, TE, MAECENAS*  
**GRAVISSIME**, Virum probatae  
consumataeque justitiae, dexterita-  
tis, humanitatisque ubiuis gentium  
fama verax ita circumfert, ut Exte-  
ri TE Porusiae Regi ejusdemque  
subditis inuident, quaevis vero Re-  
gio, quaevis civitas, cui TVO frui  
contigit patrocinio, in sinu gaudeat,

floreat, laetetur. Ex quo itaque Rex  
noster Potentissimus, TE, VIR PER-  
ILLVSTRIS, *Patronum* nunciauit  
patriae meae, *Praefectumque Advo-*  
*cacie* *Quedlinburgensis*, commu-  
nis inter ovantes & gratulantes ci-  
vies meos vagatur votorum aemu-  
latio, commune gaudium, commu-  
ne quoque se suaque TIBI com-  
mendandi & supplex studium.  
Quisquis ergo illorum cum in fauo-  
re TVO venando sese praebeat as-  
siduum, & mihi quoque veniam  
polliceor perbenignam, qua TE,  
**PATRONE MAXIME**, sup-  
plex adire liceat, implorare, obte-  
stari.

starique, vt quicquid hujus dissertationis inauguralis, quod ad pedes TVOS, in humillimae perpetuaeque observantiae monumentum, pia manu venerabundus depono, gratiosa mente excipias, atque a maledico malevolorum dente defendas, mihi meorumque studiorum causa & cupias in posterum clementissime, atque patiaris perbenigne, vt familia mea, quae Quedlinburgi est, in simum TVVM confugiat, TVO que sustineatur ac animetur TVTA-MINE. Hoc TVO Patrocinio fretus, Deum indefessis exoro precibus, vt per longissimum annorum

tra-


tractum TE florentem nobis seruet,  
incolumem, beatum, & quae vn-  
quam consiliis agendoque suscipias,  
gloriose, feliciter, & bene evenire si-  
nat ac velit. Ita devotissime optat,  
praecatur, & vouet

**NOMINIS TVI PERIL-  
LVSTRIS ET EXCEL-  
LENTISSIMI**

Dab. Halae Magdebur-  
gicae Die XIV. Martii  
M DCC XIV.

humillimus subiectissi-  
musque cultor

Jo. Martinus Wichmannshausen



Q. D. B. V.

§. I.

**I**n concinna quidem pri-  
mo aspectu videtur Canonis  
starum sententia juramentum  
nuncupans torturam spiritualem,  
cum illa delictum praesupponat & dolores, quae vero ad  
omnia omnino juramenta applicari posse &  
praxis negat & sanâ ratio. In eo tamen cum  
hac & juramento quidam reperitur concentus,  
quod scil. sicuti tortura corporalis ad indagan-  
dam veritatem minime conducat, si inquisitus  
ista agitatus flocci pendat corporis cruciatus ac  
membrorum jacturam; Ita & tortura illa spi-  
ritualis seu juramentum eruenda veritatis ab-  
sonum & inutile restat instrumentum, si juranti  
animam, sine resipiscientia peccando, poenae sub-  
Proemiu-  
m,

A. 2

jice-

DISSE<sup>T</sup>ATI<sup>O</sup> IN A<sup>U</sup>C<sup>U</sup>R<sup>A</sup>L<sup>I</sup>S

4  
jicere quotidianum sit, momentaneumve, si que juramentum praestans se neque de animae neque de honoris sui fatis esse sollicitum impuro suo & impio vitae demonstret curriculo. Ejusmodi enim homines summum illud Numen nec amore venerantes nec timore, suaque saltem compendia aucupantes, provocatione vindictae divinae abuti in quaestum haud erubescunt. Documento nobis sit quotidiana illa de perjuriis querela, qua modo actor reum, & reus iterum actorem persequitur. Uterque Deum in testem provocat, uterque religionem obtendit; Nihilo tamen secius alteruter, ut nequam sit, perhibent circumstantiae. Certe judex, qui cum ejusmodi conflictatur ingeniis, non potest non cruciari & angri, quod animadvertat leges, alioquin perjuria punientes, astu litigantium ita corruptas, ut illae ad pejerandum ansam subministrent perjuriisque velificantur. Sed morbus hic est seculi nostri. Cui cura quidem applicanda videtur, sed saltem palliativa, cum valere pancratice tabificum nostrae reip. corpus haud expectet. Membra enim & viscera ejus ita jamjam deprehendes exulcerata, ut si violentam & insolitam adhibeas medicinam, loco medelae morbi accelerabis augmentum. Ex quo autem

tem certo respectu inchoatio medendi appellari meretur, si medicus origines morbi remediaque empirica ipsi hactenus applicata speculari aggrediatur; Ita & me operam & oleum haud esse perditurum sum arbitratus, si in ortus & naturam perjurii judicialis in ejusdemque poenas, quae medicinae vices sustinent, inquirerem nonnihil curatius, dissertationique meae inaugurali thema dicarem *de perjurio judiciali*, atque illud Senatus Reip. Juridicae sisterem examini. Ceterum, quamvis olim haud pauci in papyri perniciem nati, spissis suis & ampullaceis scriptis de se aliis feliciter conati sint obtrudere eruditio-  
nis praesumptionem; Exuerunt tamen mores nostri ineptam hanc doctrinae gratiam, non amplius scripti paginas ad calculum revocan-  
tes, sed id ipsum quod dictum, utrum scil. hiul-  
cum sit, an vero cohaereat. Id circa haec be-  
nevolo lectori in aurem: Disputationem me conscripsisse expendat, minime vero tractatum,  
sapientibusque principia sufficere, sed insipientibus nec principiata.

## §. II.

Si nos status adhuc exoscularetur integrita- *origo ju-*  
*tis, a) nihil restat dubii, quin juramentis carcere-* *ramento-*  
*mus eorundemque tricis. At vero secuto la-* *rum, eo-*  
*rundem-*

*que fre-  
quens usus  
apud Ro-  
manos.*

psi, ingravescente malitia & inde resultante ne-  
cessitate conficiendi pacta, perfidia, communis  
calamitas, homines tamdiu exercuit, usque dum  
animum applicarint ad excogitanda remedia,  
quibus fidem stabilirent promissorumque san-  
ctitatem. Hinc enata juramentorum cautela,  
intrinseca sua gravitate se ita commendans, ut  
paucas b) gentes reperies juramentorum usum  
aspernantes. Neminem enim tam perfidae  
frontis sibi persuasit antiquitas, c) ut DEum il-  
luderet, suaque perfidia summam summi Nu-  
minis justitiam ita lacesceret, ut poenam perjurio  
extorqueret sibi gravissimam. Hinc adolesce-  
re coepit, juramentorum celebritas, adeo, ut nihil  
frequentius, quam ut jusjurandum, pactis nego-  
tiisque ad inducendam fidem veritatemque ac-  
cederet. Quapropter non solum penes priua-  
tos fidem datam offendimus jurandi religione  
corroboratam, verum & Imperatorum, d) Consulium,  
e) Magistratumque f) historia antiqua  
Romana nobis suppeditat juramenti, ad exclu-  
dendam omnem fraudem suscepta.

a) Quod si igitur quis officia jurantium ex statu inte-  
gritatis evocare atque exculpere allaboraret, ille  
aquam scrutaretur in igne & ignem in glacie. Ita tamen  
me intelligi rogo, ut juramentum ratione initii tan-  
quam partum corruptum corruptas naturae minime  
ven-

venditem; cum illa Sacro Codice corroborata §. seq.  
lit. a. exhibeat, sed ut saltem illa occasione corruptae  
naturae enata & mortalium malitia optimus eorum finis  
hodie coactus sit in vitium. Conf. Illustris Da. Thomasius

*Inst. Jurisprud. Div. L. II. c. 9. §. 3. 4.*

- b) Valde verosimilis est ubi *Emmii L. II.* conjectura, ubi *frifis olim*  
*in fine de frifis Germanorum populo memoriae con-*  
*juramenta*  
*dit: Quod dextram pro juramento habuerint, meliusque*  
*sum fidem, verbo dextraque datum, quam hodie scriptura,*  
*sigillo, testibus, jure, urandoque firmatam coluerint.* *Quia*  
*itaque nulli mortalium armis aut fide ante Germanos*  
*fide*  
*dum de Ger-*  
*runt, ut verbis utar Taciti Ann. 13. c. 54. & ipsis nihil manis*  
*prius nihilque antiquius ac fides veritasque extitit,*  
*apud eos vel plane incognita videntur juramenta, quip-*  
*pe quae suspectam alterius fidem praesupponunt, vel usus*  
*jurisjurandi ipsis rarissimus.* Huc & referenda quae  
Olearius Itinerar. Pers. Moscowit. L. III. c. 20. de Russis *Russi jura-*  
*commemorat, quod scil. haec superstitionis gens, omnes*  
*menta sunt*  
*jurantes, nullo adhibito discriminé utrum verum an*  
*odiosa.*  
c) Testis nobis sit *Cit. offic. L. III. c. 31.* affirmans, quod nul-  
lum *vinculum ad stringendam fidem jure, rando*  
*maiores ram. ap. Ro-*  
*arcius esse voluerint.* Et de Numa Pompilio haec re-  
fert *Livius L. I. c. 21.* *Primus ea pietate Romanorum pecto-*  
*ra imbuerat, ut fides ac iusjurandum propulsò legum ac*  
*pænarum metu civitatem regerent.*  
d) Sic Photius in Prætagora autor est, Liciniū Impera-  
torem Rom. cui pars illa Imperii obvenerat, quam te-  
nuit Maximinus intellecta in se expeditione jure, rando  
se obstrinxisse, clementem deinceps subditis futurum,  
quaeque foedere ita promisisset integre servaturum. De  
juramento Severi Imp. vid. *Herodian. XI. 13. 18.*  
e) Jurabant enim designati & consulatu abeuntes se nihil *Juram. Con-*  
*tra leges facturos vel fecisse, aut aliud quid ejus fulsum.*  
*gene.*

generis. Ita enim Plin. paneg. c. 64. n. 1. § 3. Peracta erant solennia comitiorum, si principem cogitares, Janique se omnis turba commoverat, quum tu, mirantibus cunctis, accedis ad Consulis Sellam: Adiendum te praebes in verba Principibus ignota, nisi quum jurare cogerent alios &c. Imperator ergo & Caesar & Augustus Pontifex Maximus, stetit ante gremium Consulis; Sed itque Consul Principe ante sestantem & sedit inturbatus, interritus & tanquam ita fieri soleret, quin etiam sedens PRÆBUIT JURANDUM ETILLE JURAVIT, EXPRESSIT, EXPLANAVIT QVE VERBA, QVIBVS CAPVT SVVM, DOMUM SUAM, SI SCIENTER FEFEL LISSET DEORUM IRÆ CONSECRARET.

*Juram. Magistratum.*

f) Illicitum enim olim fuisse reprehendimus Magistratum gerere ultra quinque dies, nisi qui publice jurasset in leges. Ita enim Livius XXXI. 50. C. Valerius Flaccus quem praesentem crearunt, quia flamen Dialis erat, jurare in leges non poterat; Magistratum autem plus quinque dies, nisi qui jurasset in leges non licebat gerere.

### §. III.

*Juram.  
Usus ap.  
Judeeos.  
ap. Christianos.*

Judeeos multum indulsisse jurisjurandi con-suetudini cum sacer Codex, tum Angliae illud decus Jo. Seldenus manifestant. a) Quapropter Christiani, utpote quorum principia ac natales ex gentilismo & Judaismo emanarunt, jurisjurandi usum a Majoribus acceptum, ita sanctum crediderunt, & ita ad eruendam veritatem accommodatum ut ipso divo Paulo & multis Patribus testibus b) juramento praestito litem existimarent decisam, ulteriorumque probatio-nem

nem querelamque excluderent. Ceterum nec tempus nec animus mihi est, disputandi contra Clem. Alexandrinum, Mennonistas, Anabaptistas, juramenta Christianis penitus interdicta afferentes, cum illis partim a viris gravissimis c) jamjam satisfactum, partim disputatio haec juridica audiatur, litem theologicam jure meritoque subterfugiens. Illud e contrario certum exploratumque reperitur, nonsolum jus Civile Justinianum, verum & jus Canonicum, quo Christiani, & inter illos protestantes, quatenus Bibliis & rationi fanae haud contradicat, utuntur, juramentorum usum & probare & commendare, adeo, ut haec qui neget, legum nostrarum notitia pariter ac fori destituatur experientia. Idcirco in id potius inquirendum erit, quid sit, & quibus requisitis absolvatur juramentum, ut habeamus dein, ex quo cognoscamus indolem perjurii.

- a) Vid. *Genes. cap. 22, v. 16. cap. 14. v. 22. cap. 26. v. 31. cap. 47. v. 31. Exod. cap. 22. v. II. Deut. cap. 7. v. 13. cap. 10. v. 20. II. Sam. cap. 3. v. 35.* & *Jo. Selenus de Synedr. L. II. c. II. §. 7. seqq.*

b) *Hebr. cap. 6. v. 16. Juramentum est finis omnis contentio-* probatur ex *nis conf. II. Corinth. 23. Tertullianus Apol. cap. 32. Athag. SS.T. & au-*  
*natus ad Constant. Imp. Tom. I. p. 528 Eusebius Hisp. foris. P.*  
*Eccl. L. VI. c. 43. quorum loca exhibet Guill. Cave in*  
*Tractatu cui titulum fecit la Religion des anciens chre-*  
*tiens Tom. II. p. 220. seq.*

c) vid. *Huberus de Just. Civit. L. II. Sect. 6. cap. 3. §. 22. Her-*

*tius L. I parœm. 39. § 1. Seldenus de Synedr. L. II. c. II.  
p. 430. & de Clemente Alexandrino audiarius paucis  
Caveum l. c p. 19. seq. Ubi postquam hujus Patris ver-  
ba cum lectore communicavit tandem addit: Par ces  
raisons & par quelques autres, & principalement par ce  
qu'on avoit mal entendu quelques passages de l' Ecritu-  
re, ou il est dit, ne jurez du tout point, quelques uns des  
anciens Peres ont crû , qu'il n' étoit pas permis de jurer.  
Mais outre que le peu d' entre eux , qui ont été de ce senti-  
ment ne s' y sont pas constamment attachés, c' est que même  
ils l' entendoient autrement , & voulent parler du ser-  
ment, qu' on fait par les creatures, ce qui étoit ordinaire  
aux juifs, & à quoi notre sauveur & St. Jaques ont visé,  
ou bien de celui qu' on faisoit, où à faux , où inconsidére-  
ment.*

#### §. IV.

*Quid sit  
juramen-  
tum?*

*Requirit.  
I) serius  
& delibe-  
ratus ani-  
mus.*

Est autem juramentum deliberata & licita  
Numinis Divini invocatio, ut testem agat & vin-  
dicem, si asserta aut pronissa mendacio nitan-  
tur perfidiave, ad inducendam fidem celebrata.  
Requirit idcirco validitas juramentorum, ut ju-  
rans deliberato animo juramentum in se susci-  
piat, ideoque jurejurando promittenda vel asse-  
renda accurate secum perpendat, ipsumque ju-  
ramentum secundum mentem illius , cui jurat-  
ur, praestet, enunciet, ac intelligat. Illud ergo  
quod animo jurandi est impedimento , simul-  
que efficit, quo minus serio vel deliberato pro-  
posito a) juretur , juramentum reddit nullum,  
omnemque obligationem, ex eo alias resultan-  
tem,

tem, praepedit ac tollit. Sic ille, qui formulam juramenti praelegit, ipse jurare non intelligitur; Sic apud Poëtas philosophosque gentiles passim obvium deprehendes assertum, quod juramenta amantium irrita nec poenis obnoxia declarat, sed potius Diis ridenda, cum ex animi sententia hic juratum esse haud b) videatur. Id quod tamen quamvis de promisso matrimonio haud intelligendum, insignem sub se comprehendit nominis divini profanationem. Porro exuen-  
*Exuendas  
dae sunt reservationes quae nuncupantur men-  
tales, quaeque per verba partim ab initio vel  
acquivoca c) partim ex postfacto vel loquen-  
do d) mutilata per petulantem ingenii subtilita-  
tem adduntur. Nihil enim a ratione sana ma-  
gis alienum mente complectitur, quam si fin-  
gas quendam, cui jurandi & voluntas & pote-  
tias sit, sed nulla, juramento praestito, inde emanans obligatio. Ita enim evenit, ut nonsolum  
nuncium remittas fidei, omniciisque usui jura-  
mentorum, verum & cunctam obligandi ratio-  
nem, quae mediantibus literis vel aliis signis in  
commercia mortalium sese hactenus insinua-  
vit, reddas extorrem, & pactum joco prostituas,  
quod serio ab altero est acceptatum. e)*

Romanī sc̄  
entiam ac  
animi sen-  
tentia exige-  
bant.

- a) Huc spectare videtur Romanorum jurandi formula:  
*Si sc̄ens fallo, ita me Diespiter, salva urbe arceque, bonis  
ejiciat, ut ego nunc lapidem vid, Cicero ad fam, L. VII.  
epist, 1. Polybius L. III. quorsum & collimat effatum  
Ciceronis in Academ. quaest. Quam rationem majorum  
etiam comprobat diligentia, qui primum jurare ex sui ani-  
mi sententia quemque voluerunt, deinde ita teneri, si sc̄ens  
falleret. vid. Cujac, observ. L. I. c. 21.*
- b) Vid. Seldenus de Synedr. L. II. c. II. §. 4. p. 842. *Velut ir-  
rita nec penis obnoxia amantium invicem fuisse juramen-  
ta, sed Diis ridenda, ut apud Poetas obvium est, ita etiam  
a philosophis summis, ut sententia recepta traditur: Apud  
Platonem ubi de Amantis privilegiis agitur; Maximum  
autem est id, quod ferunt plerique, solum ex perjurio a-  
manti Deos dare veniam. Nam juramentum venere-  
um velut pro nullo habitum. Idem tantundem alibi.  
Summa demum est, apud Gentiles veteres tam Gr̄acos quam  
Romanos tum numina communia tum propriatum res alias  
pariter & publice & privatim jurari solitas, nec rite quem ju-  
rasse nisi ex animi sui sententia, sive expressa, sive tacita, nec  
perjurio quempiam reum habitum, nisi qui ex animi sui  
sententia ultro, sc̄ens se felliisset.*
- c) Illustrē exemplum ejusmodi reservationis mentalis sup-  
peditat Chronicon Engelhusi ad annum 888. Id quod sti-  
patum consensu Luitprandi, Sieberti, Godesredi Viter-  
biensis, Ottonis Frising., de Hattone Episcopo Mogun-  
tino refert sequentia; *Cum Imperator, Ludovicus sc̄ili-  
cer, Adelbertum vincere non posset, dixit Hatto. Ego pro-  
videbo ut ad te veniat, tamen curato ne recedat. Venit  
ergo Hatto Bambergam, ubi morabatur Adelbertus, quasi  
ei consulturus, ut gratiam Regis acquireret, jurans: si sc̄i-  
eum iret, sanum & salvum eum reduceret. Rogatus au-  
tem Episcopus antequam exirent prandere, callide renu-  
ens, postquam in campum venit, ait: O quam saepe peit,  
qui oblata spernit; taedet me longioris viae & tardioris  
horae;*

horae; jejuni non possumus toto die ambulare. Adelbertus de hoc gavisus, revertit in castrum cum Episcopo, sicque tradid eum Ludovico, putans, se satisfecisse juramento, qui cum eo redit in castrum. Hanc tamen historiam ut veritatem obrudo nemini, sed ac exemplum allego, mentem meam illustrans, ipse de fide ejus incertus, quod Regino autor coaevus ad ann 902. rem prorsus aliter gestam recenteat, illique contemporaneo plus fideli tribuendum sit, quam Luitprando, Siegeberto, Viterbiensi, Ottoni Fisingensi, Chronico Engelhusii, ut pote recentioribus. Alia exempla collegit, *huc quadrantia, Puffendorff. J. N. & G. L. IV. c. 2. §. 12*

- d) Ita Zeilerus Epist. 377. refert: daß in den Meißnischen *alind ex re-*  
*Ehe* Gerichte ein Bauer-Mädchen einen jungen *Baueren* *serv. menti.*  
*Menschen* angeklaget/daß er ihr die Ehe mit einem *Ehde zu-*  
*gesaget*; Und da er solches geleugnet / sie gesaget habe:  
*Hanß* weiß du nicht/ wie du mir schworest? Er aber geant-  
*wortet*: Ich habe nicht geschworen bey meiner Seele/  
*sondern* bey Schweiß Seele.

## §. V.

Deinde promissa juramento confirmata ne- *Requ. II)*  
*cessario* praesupponunt ut subsint possibilitati. *ut promis-*  
*Etenim* impossibilitatem hic subintelligo, quam *sa nec legi*  
*vel* natura constituit vel leges. Juramentum *nec natu-*  
*quippe* orationem involvit accessoriam, *rae con-*  
*promissionemque* vel assertionem praesupponit, *traria.*  
*natura* & *legibus* approbatam. Si ergo non val-  
*let* negotium, cui juramentum accessit, nec ju-  
*ramento* operandi vis est, cum accessorium imi-  
*tetur* naturam sui principalis, & illo non valen-  
*te,*

te, nec hoc valeat. Impossibilia quippe, qui iuramento confirmat, non iurans videtur, sed Nomen Divinum profanans, & qui legibus contraria, Summi Numinis invocatione, promittit, absurdum a DEO stipulatur, ut scilicet animadvertis in eum, qui intermitit, quae natura & leges prohibent, & facit, quae juri & aequitati respondent. Huius asserto rationi sanae consentaneo, suffragatur quidem jus Civile a) si l. i. b) excipias & auth. c) sacramenta puberum C. si adv. vendit. Sed Jus Canonicum d) ab illo dissidens re-

*Quid habendum de brocardo, uris canon, omne iuramentum quod sine dispensio salutis aeternae servari potest, servandum est. Aniam quidem huc sententiae dedisse videtur insigne illud praejudicium, quod iuramento vim voti indidit, quo & summi alioquin viri H. Grotius B. Carpzovius & S. Adam Struvius laborant. Vera tamen hujus brocardi causa rationi status adscribenda est clericorum, hoc illa molientium I) ut indirecte omnes leges civiles rediderent clumbes, in cassumque abirent, Imperatorum constitutiones & autoritas, sibique cleru-  
rus facite vindicaret potestatem legislatoriam & judicialem corrigendi leges & sententiam judicium secularium ; e) II) Ut laicus alioquin ratione contractus clerum judicem non agnoscens, ita*

ita toties illum experiretur judicem competen-  
tem, quoties contractus juramento foret con-  
firmatus. f) III) Ut illi, qui Clero quid promi-  
sissent, promissorum autem effectum per exce-  
ptionem minorenitatis, doli, fraudulentiae, per-  
suasionis &c. valerent elidere, hac methodo al-  
ligarentur obligarenturque firmius. g)

- a) *I. 7. s. 16. ff. de pactis. I. 112. §. fin. ff. de legatis t. I. s. C. de Confess. Jur. Crt.*  
*legib. I. 42. C. de transact. I. fin. C. de non numer. pecun.*  
*Conf. Rittersb. Expos. Novel. L. 12. c. 8. n. 9. Quorūm &*  
*respexit Serenissimus legislator Brandenburgicus, spon-*  
*falia & jurata invitatis parentibus contracta per specia-*  
*lem constitutionem de ao. 1694. declarans nulla, apud*  
*B. Strygium Tr. de diffens. sponsalit. Sect. I. 6. 37.*
- b) In hac enim *I. 1. C. si adv. vendit. contractus minoris si. Causas I. 11.*  
*ne curatore initus & per consequens invalidus, servan-*  
*dus tamen declaratur, si religio jurisjurandi accessit.*  
*Hinc illam multi JCTi & Galli in primis accusant iniqui-*  
*tatis vid. Puf. de J. N. & G. L. IV. c. 2. §. 11.*
- c) Hanc auth. à Friderico I. Imp. per Honorium III. vi & *Auth. Sez.*  
*dolo ita esse extortam, ut hic illum prius, quam legi *eram. Publ.**  
*huic subscriptisset, salutare Imperatorem denegarit,* *rum origo &*  
*autor est Pufend. L. IV. J. N. & G. c. 2. §. 11. Causam quisquis,* *causa quid*  
*qui habet salem, animadvertisit. Ut scilicet clero eo faci-* *de ea baten.*  
*lior & securior sit via ad acquirenda bona minorum.* *dum?*  
*Ideoque repudium miserunt huic authenticae Galli,*  
*Frisi & Batavi; Imo Cynus, Bartholi praceptor, jam-*  
*jam suis temporibus est conquestus, mille animas ad*  
*orcum demissas, quas minoribus infirmis ejusmodi fa-*  
*cramentorum necessitas injecit; Et maxime miratur*  
*Mornacius cur imitatione tam pravae legis sit condita*  
*Con-*

Constitutio Canonica in C. quamvis de pact. in 6. vid.  
Wissenb. in Cod. ad tit. Si adversus vend. p. 258.

d) Vid. c. 25. X. de jurejur. & c. 2. de pact. in 6. Ceterum  
hoc juris Canonici brocardicon doctissime attenuavit  
Excellentissimus Dn. Ludovici in peculiari dissertatione;  
cui titulum fecit: *De genuino intellectu brocardici vni-  
garis, omne juramentum servandum esse, quod salva salute  
aeterna servari potest.*

e) Vid. Excellentissimus Dn. Böhmer de Jur. publ. Univers.  
part. spec. L. II. c. 3. §. 50, 51.

Principi.  
Germania-  
ramen de  
abusu bre-  
caracionne  
juramen-  
tum, quod  
salva salute  
est.

f) De quo jam olim graviter conquesti sunt Principes  
Germaniae gravam, 64. ap. Conring, in addit ad Wicelii  
Viam Regiam p. m. 393. seq. Insuper & id praesumunt offi-  
ciales, si quando in causis profanis ac inter personas Eccle-  
siae minime sacraias dicatasve, sed omnino laicas, data  
fide, seu praestito juramento, verbo vel in scriptis, pacta,  
obligaciones, contractus, vel promissiones factae sint, vel ce-  
lebratae, quod eam obrem atque hujus praetextus ratione,  
tales trophanae laicaeque causae, coram ipsis potius quam  
ordinario judice agitari debeant. Quae nova ecclesiastico-  
rum techna usū si incresceret ac diutius toleraretur, jam  
actum foret de civili causarum auditório, quod omnes pro-  
phanae civilesque cause contractuum atque transactionum,  
hac via necessario ad ecclesiasticos pertraherentur. Quis  
enim contractus, quae transactio, quae denique inter paci-  
ficientes conventio, quae non sit solemnē ita stipulatione, aut  
promissione vallata? Illas pipurum rerum veniremus, ut  
in totum civilia eluderentur judicia. Quod nedum con-  
tra aequitatem ipsam, contra omnia jura scripta, sed & ci-  
vili magistratui intolerabile foret. Nam ut demus hoc in-  
teriori ecclesiasticis judicibus, de perjurio commisso notionem  
ut habeant nihil magis per id causae ipsius principalis con-  
tractus pura, aut transactionis, quamobrem ille pejeravit,  
judices competentes erunt, quin perjuros illos ob religionis  
transgressionem manifestariam tantum iudicio convenire  
possent,

possent, ac Canonicam huic indicere multam, reservata tam  
men civili magistratu, qui perjuros paenali judicio secun-  
dum civiles sanctiones plectere ius habent, commissa sibi ob  
id pena.

2) Conf. Illustr. Dn. Thomasius fundam, J. N. & G. L. II, c. 9.  
§. 10. & II.

## §. VI.

Efflagitat quoque sana ratio ut summus ipse <sup>et</sup> Ut ipse De-  
DEus ad inducendam fidem in testem invocetur <sup>us in resem</sup>  
atque in vindicem. Cum enim si Numen hoc  
excipias, nihil reperiatur quod omniscium au-  
diat, nihil quod omnipotens sua sponte se se  
offert absurditas, si juramenta concipientur per  
rem, opinione Divinitatis destitutam, eo scilicet  
significatu ut illa res testis ac ultrix nuncietur,  
si perfidia subsit aut mendacium. Non qui-  
dem me fugit & Christianis antiquis, ut nihil di-  
cam de gentilibus, olim fuisse solenne, ut jura-  
menta praestarent per res, omni divinitatis con-  
ceptu carentes, ut exemplis, ex ipsis visceribus <sup>Quid haben-</sup>  
historiae antiquae desumtis, probat Carolus <sup>dum de voce-</sup>  
Cangius. a) At enim vero haec exempla iustitiae <sup>rum Christia-</sup>  
rectique regulam minime constituunt, sed ana-  
logon saltem juramenti, sed obtestatio b) vel  
contestatio c) potius nuncupari merentur, aut  
ad minimum per benignam interpretationem  
ita accipi debent, ut implicite testimonium vi-  
dictamque divinam involuant. Ceterum quam-

C

vis

vis nec hodierna juramenti formula : So wahr mir Gott helfe und sein heiliges Wort : vindictae divinae expresse spirare videatur provocationem; Attamen ex quo verba interpretanda secundum morem receptum, ignorantia impliciti hujus sensus amplius allegari nequit, imo unusquisque his verbis fidem pollicitans, se DEum illis sibi expostulasse in perjurii vindicem, conscientia stimulante, fatebitur.

*Juramenti for-  
mulac a Chris-  
tianis olim  
usitatae*

- a) Vid. illius Glossarium voce juramentum p. m. 184. seq.  
Ubi juramenta a Christianis olim praesita probat per animum patris per crucem; per lanceam Scti Jacobi; per coronam; per caput Imperatoris; per vitam Regis; per Domini fidem; per salutem; per barbam; per templum &c. Adeo juramento, quod praescriptum a Carolo Gonzaga novo ordini equitum ap. Grammond. Hist. Gall. L. V. sub pr. p. m. 269. per immortalem DEum. perque avitam, quam profice nobilitatem juro, me Christianae militiae legibus obtemperaturum Sc.
- b) Obtestationem appollo: Si quis alterum nominato Deo vel nuncupata quadam re sibi charissima vel maxime veneranda obsecratur, ut dicat veritatem vid. Illustr. Dn. Th. magist. jurispr. Divin. L. II. c. 9. §. 65.

*Quid obtestatio  
nem?*

- c) Per contestationem intelligo, si quis comparatione rei gratissimae asseveret, non minus sibi cordi esse veritatem hujus rei, de qua jamjam quaeritur, ac sibi est illares, quam ad fidem inducendam nominat vid. Excell. Dñ. Ludovici Us pr. Dist. Jurid. ad tit. de jurejur. dist. 14. conf. Pufendorf de J. N. & G. L. 4. c. 2. §. 3. & Hobbes Leviathan. c. 14.

§. VII.

## §. VII.

Vocabulum autem juramentum conce- *Quid sit  
perjurium  
& quo-  
modo dif-  
ferat a ju-  
ramento  
vero?*  
ptum suppeditat adeo generalem , ut eo simul perjurium involvatur. Conspirant quippe in perjurio eadem requisita, quae in juramento occurunt vero, hac saltem addita differentia, quod hoc fidem presupponat , illud vero ejusmodi circumstantias , ubi ex proposito perfidia aut mendacium vel ab initio adsit , vel sequatur ex postfacto , adeo ut perjurium nihil aliud sit, quam dolosa intentio, adhibito juramento, falso afferendi, aut promissum interveniente violatione non servandi , aut fidei bona fide jurato datae subsequens fraudatio. Quoad ergo ignoratur juramentum praestitum an bona an mala fide nitatur , juratum est dicitur, juramentum est praestitum. Idecirco a lectori precibus exposco, ut quoties in hac dissertatione juramenti vocabulum occurrat simpli- citer positum,toties subintelligat ejusmodi provocationem vindictae testimoniique divini , vel ubi adhuc lateat an mendacium aut perfidia subsit nec ne,vel ubi circumstantiae ad perfidiae mendaciique suspicionem inclinent. Separandae & hic a perjurio veniunt profanatio a) Nomini Divini obtestatio & contestatio; b) De illo saltem tractamus , non de his ; Illud omnia

& singula juramenti sub se comprehendit requi-  
sita, hae vero non nisi nonnullas illius species.

- a) In omni quidem perjurio inclusa continetur profana-  
tio Nominis Divini, sed non: omnis profanatio Nomi-  
nis Divini est perjurium.
- b) Vid. §. praec. not, b. &c.

### §. VIII.

*Explica-  
tur voca-  
bulum ju-  
diciale.*

Sicut autem juramentum distingui solet in judiciale & extrajudiciale, ita & in easdem spe-  
cies diversas abit perjurium. De sensu extraju-  
dicialis ut aliquid moneam ratio non fert mei  
instituti. *Judiciale* autem duplēm induit natu-  
ram, aut late accipitur pro omni juramento,  
quod in iudicio coram judice praestatur, aut stri-  
cte, quatenus opponitur necessario, seu pro eo,  
quod pars parti judice approbante litis deciden-  
dae causa deferre solet. Utrumque subintelli-  
git dissertatio haec, ita scilicet ut de juramento  
judiciali in latiori sensu desumpto agens, illud  
quod strictius ita appellatur, sub se comprehen-  
dat. At mos invaluit, quo juramenta, quae in  
iudicio celebrantur certis solennitatibus red-  
dantur sanctiora. Mares enim illud elevatis di-  
gitis, foeminae vero manu dextra pectori impo-  
rita enunciant, & cum huic actui ordinarie ju-  
dex avisationem addat de vitando perjurio, Ger-  
mani

mani huic juramento vocabulum induit: **Ei-**  
**nes gelehrten Eydes/ da einer gleichsam vorhe-**  
**ro gelehret worden/was ein Eyd und Meinend**  
**auff sich habe,** Cujus admonitionis formula  
 typis conscripta a) in judiciis assertari solet.  
 Haec autem sunt solennia, quae competunt  
 casibus, ubi de rebus civilibus juramenta agun-  
 tur, quaeque B. Strykio autore b) juramento judi-  
 ciali ita inherenter, ut si illud exigatur, non nisi  
 actu corporali a maribus scilicet levatis digitis  
 atque a foeminis, dextra ad pectus applicata, ad-  
 mittatur; Sed in criminalibus perjurii suspicio  
 solennitates adaugent; Accenduntur idcirco can-  
 delae, c) aperiuntur fenestrae, & caput cuius-  
 dam defuncti in jurantis conspectu opponi as-  
 solet; Imo interdum si scilicet in sententiis ad-  
 dicta formula dass Inquisit vermittelst Eydes &  
 Woben gestalten Sachen nach ein Geistlicher  
 zugebrauchen/ avisationem de perjurio in se su-  
 ficit confessionarius inquisiti, aut aliis eccl-  
 siac minister. d)

- a) Exemplar ejusmodi formulae exhibet *Dn. Martini com-Exemplar*  
*mentario ad Proc. Saxon. tit. 20. §. 3. n. 31.* Id quod cum *formulæ*  
 ad thema spectet hujus dissertationis indolemque per-*avisionis*  
 jurii in foro poli explanet hic videbis integrum;*de virando*  
*Schwehren oder einen Eyd thun ist nichts anders den*  
*GOTT anrufen/ daß er der Wahrheit beystehe und dem*  
*Straffe/ der Unrecht berichtet.* Wer nun einen falschen  
 Eyd

Eyd schwehret/ der bleibt nicht in der Wahrheit/ sondern  
läßt dem Allerhöchsten GÖTTE/ missbrauchet des aller-  
heiligsten Nahmen/ beraubet sich aller Gnaden/ und ladet  
auf sich alle die Straffen und Flüche die Gott dem Ver-  
fluchten in seinen untrieglichen Worte auferlegt hat/  
je vermaledeyet sich selbsten/ daß ihn Gott in allen seinen  
Sachen und Nöthen immer zu Hülffe noch zu statten kom-  
men/ sondern daß Er mit Leib und Seele ewig verma-  
ledeyet seyn/ und nimmermehr Theil haben soll an der Ver-  
sprechung die Gott den Christen gehabt hat; welcher  
Mensch nun wissenschaftlich einen falschen unwahrhaftigen Eyd  
schwehret/ der schwehret in aller maße/ als ob Er spräche:  
So wahr als ich heute schwere/ also bitte ich GÖTTE  
den Vater/ Gott den Sohn/ und Gott den H. Geist/  
die heilige Dreyfaltigkeit/ daß ich ausgeschlossen und aus-  
geseket werde aus der Gemeinschaft Gottes und seiner  
Heiligen/ und sey ein Fluch meines Leibes/meines Lebens/  
und meiner Seelen. Zum andern wo ich falsch schwere/  
so soll Gott der Vater/ Gott der Sohn/ Gott der H.  
Geist/ und die grundlose Barmherzigkeit unsers lieben  
Herrn und Seligmachers JESU CHRISTI/ mir nicht zum  
Trost und Hülffe kommen an meinen letzten Ende/ und in  
der Stunde/ wenn Leib und Seele von einander soll und  
muß sich scheiden. Zum dritten wo ich falsch schwere/ so  
bitte ich Gott den Vater/ Gott den Sohn/ und Gott  
den H. Geist/ daß seine unerschöpfliche Barmherzigkeit  
die Angst und Noth JESU CHRISTI/ dessen bitter Leid  
und Schmerzen/ sein strenger harter Tod/ und unschul-  
dige Marter mir armen Sünder entzogen und an mir ver-  
loren werde. Zum vierdten wo ich falsch schwere/ so soll  
meine Seele und Leib mit einander verdamnet werden am  
jüngsten Gerichte/ da ich mein eydiger Mensch vor den Ge-  
richte stehen soll und muß/ will auch abgeschieden seyn von  
aller Gemeinschaft Gottes seines H. Worts und aller  
Außerbewählten/ will auch beraubet seyn/ des begierlichen  
An-

Anschauens des Angesichtes Gottes unseres lieben HErrn  
Iesu Christi. Soll demnach hiermit ein jeder Christ  
für falschen unwahrhaftigen Eyd fleißig gewarnt seyn/ da-  
mit er nicht zulezt dem Teuffel und seiner Gesellschaft deme-  
er sich durch falschen Eyd ergiebet/ und Gott seinen ei-  
nigen Schöpffer und Seeligmacher die körperliche Seele ent-  
zeucht zugeeignet werde/ dafür GOTT der Allmächtige  
uns gnädiglich behüte durch Christum unsern HErrn Amen.

Ad ejusmodi quidem avisationem. B. Strykius  
U. Mod. tit. de jurejar. §. 12. submonet *si honestioribus*  
*vel de jurigurandi efficacia satis informatis praestandum*  
*sit juramentum ipsos plerumque declinare praelectionem*  
*solennis formulae, utpote quae rudioribus admonendis re-*  
*cepta. Quapropter si iudex nihilominus eadem ipsis ru-*  
*borem excutere continuit regestum meminit: Es möchte*  
*der Richter mit Berlesung dieser Formul ihn verschotten;*  
*Er müsse Gottlob wohl was ein Eyd wäre/ und würde er sein*  
*Gewissen schon selbsten beobachten/ Cujus tamen protec-*  
*tationi an in omnibus & singulis judiciis ratio habeat-*  
*jure meritoque dubito, propterea quod formula*  
*haec non solum in dolem perjurii doceat, sed & potis-*  
*simum territionem de evitando perjurio importet.*

b) l. c. §. 13.

c) Has solennitates non esse plae adscribendas ritui cui-  
dam supersticiose sed interdum suo gaudere effectu de-  
monstrat Excell. Dr. Ludovici diff. de Solennib. Juram.  
c. 1. §. 24. Ubi lepidum hunc recentet casum: Contigit ali-  
quando, ut in Consistorio, quod Cultrini est in Marchia No-  
va alicuii juramentum purgatorium per sententiam judi-  
cialem imponeretur. Paratus erat reus ad juramentum  
illud praestandum. Digitos elevaverat & jam formulam  
juramenti a Secretario consistorii praelectam recitare in-  
cipiebat. Quid accidit? Aperiae erant fenestrae, prout  
mos cerebat; & in borto, quem ni fallimur, civis aliquis  
prope consistorium habebat, lepus, animal illud notum lon-  
gis.

gisque auribus praeditum commorabatur. Hic forte fortuito, quia locus consistorii infimo contignatione erat, gradu concitato in fenestram apertam sese conferebat. Res si non omnibus, ad minimum tamen juraturo incognita, tantum ipsis metum incutiebat, ut diabolum in forma leporis apparere, eumque perjurum statim ad infernales crucias abducere velle firmiter sepi persuaderet. Ast cum hoc diversorum ipsis non adeo gravum videtur, digitos dimitebat, veritatemque facti ingenue profitebatur.

d) Qui feliciter inquisito dem Greif des Meineydes und die darauff erfolgende schwere Strafe recht geistreich und nachdrücklich vor Augen zustellen weiß/ conf. Excell. Dn. Ludovici l.c. c. i. §. 26. seq. Et Ejusd. Einleitung zum Peinl. Procesl Cap. 9. §. 5.

### §. IX.

*Recessentur casus quibus non inest perjurium quamvis falso juratum videatur.*

Spectata itaque juramenti judicialis indole, inde sua sponte nunc elucebit significatus perjurii judicialis. Antequam vero ipsas scrutemur perjurii species perpendamus paucis casus non nullos, ubi quidem perjurium subesse videtur, re vera autem ad ductum hactenus dictorum nihil illius subsit. Sic I) pupillus si admittatur ad juramentum, a) II) Ebrius, b) cui vino vel cerevisia intellectus est obnubilatus; III) Furiosus, sive ejus morbum perspectum habeant sive ignorent judex vel partes, IV) Mentecaptus: His enim omnibus deficit sana & matura mentis operatio ac deliberata voluntas, utpote quae

in-

in primis ad perjurium committendum necessaria. Porro V) si quis juramento asseverat id, quod quidem verum existimat, sed ex postfacto falsum deprehendit, hic, cum careat proposito fallendi, & fallere saltem voluntatis, falli vero infirmitatis & temeritatis sit, postquam se falsa jurejurando affirmasse cognovit, errorem corrigat, perjurus appellari nequit; c) Nec VI) ille qui promisit, quæ viribus suis sunt majora proprie audit perjurus. d) Item VII) si quis factum alienum sub juramento promittit e. g. Juro Titium esse soluturum. Sicuti enim juramentum sequitur naturam actus; ita hic interpretatio alia ratione institui nequit, quam me credere ipsum soluturum, vel me allaboraturum ut solvat, de in itaque probata promittentis diligentia, quamvis solutio haud sit subsecuta, jurato promittens temerarius quidem Nominis Divini profanator appellari meretur, non vero perjurus. e) VIII) Casus si contingat, qui promissa juramento corroborata ab initio possibilia ex postfacto reddit impossibilia v. g. promisit jurejurando Titius mille thaleros, versus Paschatos festum Mevio solvendos; At incendium supervenit, quod ex divite creditore pauperimum efficit Titium, omnemque standi promissis facultatem exorbet.

bet. f) IX) Eadem est ratio si judex prohibet solutionem juramento pollicitam. Ita enim penes jurantem non stat, quo minus fidem adimplat, cum impossibilitas ibi naturalis, hic vero legalis refragetur. X) Illum perjurii accusare iniquum foret, qui juramento fatisfecit per aequi pollens e. g. si quis solvere juravit, dein vero compensat. Ex quo enim compensatio sub se comprehendat solutionem, quorsum & collimat parœmium germanicum *Abrechnen ist gut zahlen*/ talis officio suo est functus. XI) Si obligatio ex contractu enata & juramento corroborata remittatur juranti ab illo in cuius favorem jusjurandum addictum; Hoc enim causa, cum resolvatur ipse contractus in cuius fidem sanctiorem juramentum adjectum, resolvitur quoque juramentum. Ipsa namque sana ratio dictitat, quod cessante causa & cesset effectus, quodque juramentum utriusque consensu anteas celebratum, nunc utriusquedissensi subsecuto, reddatur ipso jure nullum. Ficti adhuc faciles forent casus vel centum, qui prima quidem specie spirare perjurium videntur, sed illis accuratius dein perlustratis, nihilosecius ab eo deprehenduntur plane alieni. At sufficient habentus recensiti in praesentiarum, cum addi possint, si volupe est, reliqui horis succisivis a Benevolo

volo Lectore meditationi & lectioni incum-  
bente.

- a) Idem agnoscit Paulus *l. 26. de jurejur.* afferens : *Pupil-  
lum pejare non videri, quia sciens fallere non videatur.*  
A ratione enim alienum est, ut ille, qui consentire  
nequit, se se valeat obligare conf. *Carpz. P. I. C. 12. D.  
9. n. 8.*
- b) Vid. *c. 14. 15. 16. Cauf. 22. qu. 5.*
- c) *Coni. Gilhaus. arb. judic. crimin. cap. 2. tit. 4. n. 7. 8.*
- d) Suae enim imputet adversa pars stultitiae, quod alte-  
rius animam inepta ejusmodi postulatione irretire  
peccato haud dubitarit. Non quidem eo inficias,  
hunc jurantem impingere in reverentiam Divinae  
Majestati debitam, gravissimoque peccato sese eo pol-  
luere, sed distant multis parasangis profanatio No-  
minis Divini & perjurium ; de illa quaestio hic haud  
agitatur, bene tamen de hoc.
- e) Vid. *B. Strykius Caur. Contract. Sect. I. c. 3. §. 39.*
- f) Vid. *Dn. Lyncker Respons. 187. n. 33.*

### §. XI

Nunc percurramus quaeſo nonnulla jura- *Juramen-*  
menta, quae prae reliquis ſaepe transforman- *ti testium.*  
tur in perjuria, illorumque indolem examine-  
mus nonnihil attentius. Sic primum ſeſe of-  
fert *juramenum testium.* Non quidem lege Di-  
vina a) animadvertisimus constitutum, ut testes  
iurandum praefent, neque admodum ex-  
peditum videtur, an origo juramenti testium a-  
pud Romanos b) conſuetudini magis in certis  
casibus, quam legibus expressis adſcribenda sit,

D?

Lon-

Longobardos c) ad minimum non semper a testibus exegisse juramentum habemus exploratum.  
*Origio ju-*  
*ram. test.* Atamen ex quo Imperator Constantinus M. ut testibus haud juratis non creditur d) imperavit, & illa lex in Capitularia Francorum irrepit, e) eamque in cleri emolumentum f) jus Canonicum g) confirmavit, juramentum hodie in partem abiit testimonii necessariam, h) adeo ut testis sine juramento, nisi illud ipsi adversa pars remittat, vix a judice audiri soleat. Certe optandum foret, ut juramentum unicuique testimonio haud adderetur, sed loco illius uti apud Romanos & Judaeos antiquos poena obtineret testibus falsis eo gravior. Ita enim eveniret, ut nonsolum tam frequens in foro occurreret Nominis divini profanatio, verum & multi formidine poenae temporalis abstinerent a mendacio, id quod, quia uti peccatum saltem poenitentia & precibus aliquando expiandum nostri seculi homines expendunt, reputatur pro nihilo, & hinc illae lacrymae, quod hujus mali contagio in iudiciis quotidie serpat latius. Non enim in Rep. versamur Platonica, sed ad fecem pervenimus seculorum, ubi cum regenitis & vere christianis rarissime nobis res est, sed cum hominibus affectibus deditis, qui, ut plurimum illis indulgentes,

*Lerna per-*  
*juriorum*  
*demon-*  
*stratur.*

tes, quicquid affectus inspirant, agunt & loquuntur. Id circa cum forma i) juramenti testium his constituatur verbis: Ich schwere / daß ich in Zeugniß Sachen N.N. Klägern und producenten an einen / N.N. beflagten und producenten andern Theils belangende / darinnen ich zum Zeugen angegeben/ auff Articul und Fragstück so viel ich derer befragt und mir bewußt seyn werden / die rechte reine / lautere und unverfälschte Wahrheit aussagen und berichten/ und solches weder um Gifft/Gabe/Geschenk/Haf/Reid/Freund- oder Feindschafft/noch keiner andern Ursach halber nicht unterlassen/ auch meine Aussage bis nach eröffneten Zeugniß verschwiegen halten will / so wahr mir Gott helfe und sein heilig Wort / unicuique <sup>causæ</sup> in sensus incurrit, quod metus, amor & odium <sup>perjurii.</sup> ad perjurium committendum testes haud raro allecent.

- a) Numer. 35. Deut. 17, 6. 19, 15. Job. 8, 17. ubi de testi-<sup>s.s. nullum a</sup>  
bus agitur, nihil autem de juramento ab ipsis pre-<sup>testibus exigit</sup>  
stanto adjicitur. Addas Historiam suazæ & de-  
prehendens suffecisse apud Judeos duorum testimoni-<sup>juramen-</sup>  
um absque ullo juramento prolatum.

- b) Namvis enim Cicero pro Fontejo & alibi passim jura-<sup>Negleges ff.</sup>  
menti jurandique formulae injiciat mentionem, sub-<sup>sed conseru-</sup>  
scribo tamen omnino doctissimae conjecturæ Illustris dini adcri-<sup>bendum, si e-</sup>  
Dni, Thomasi illud juramentum consuetudini magis <sup>lim apud Ro-</sup>  
quam

*manos in cri-  
minalibus te-  
stibus impo-  
storum,*

quam necessitati attribuentis, vid. *Eiusd. dissert. de si-  
de juridica cap. 2, §. 6.* Concedo quidem in crimina-  
libus ut plurimum apud Romanos testes juramento  
fuisse constrictos, id quod ex variis locis, quae in Ci-  
ceronis occurrunt scriptis, appetat; sed idem obti-  
nuisse in causis civilibus, illudque probari posse nego  
& pernego. Defendat partes meas ipse Cicero in ver-  
bis quae reperiuntur *Orat. pro M. Fontejo*: *Ecquem  
hominem videmus, ecquem commemorare possimus pa-  
rem consilio, gravitate, constantia, ceterisque virtutibus,  
honoris, ingenii rerum gestarum ornamentis, Marco Ac-  
milio Cauro fuisse?* Tamen hujus, cuius injurati nutu  
prope terrarum orbis regebatur, jurati testimonio neque  
in *C. Eimbriam*, neque in *L. Memmium* creditum est.  
*Noluerunt ii, qui judicabant viam hanc patere inimici-  
is, quem quisque odisset, ut eum testimonio posset tollere.*  
*Quantus in L. Crasso pudor fuerit, quod ingenium, quan-  
ta autoritas, quis ignorat?* Tamen is cuius etiam ser-  
mo testimonii autoritatem habet, testimonio ipse,  
quae in *M. Marcellum iniquico animo dixit probare non  
potuit.* Accedit quod non solum juramentum a ju-  
dicibus potuisse remitti doceat *Val. Maxim. Lib. II. c. ult.*  
*exempl. ult. ubi conf. Thys in not. verum quod si  
evolvas totum Pandectarum volumen, nullibi legem  
offendas, quae testibus, ut jurent, imponat, ideoque  
communis illa Pragmaticorum cantilena hic sibi omni-  
no vindicat locum; quod scil. lege non cantante nec  
nos cantare oporteat.* Cum enim hic de forma &  
validitate testimonii questio volyatur, credibile vix  
est, ut, si juramentum olim testibus necessarium, illud  
JCti tam alto transiissent silentio.

*Nec illud  
Longobardi  
semper exige-  
bant.*

c) Id quod appetat ex *cap. 37. excerpt. ex lege Longo-  
bard. apud Baluz. capitul. Rég. Franc. T. II. p. 359.* De  
decimis ut dentur & dare nolentibus secundum quod ant-  
no praeterito denunciatum est, a ministris Rep. exigant  
iwr,

tur, eligantur quatuor sive novem homines optimi, vel prout opus fuerit, de singulis plebilis juxta qualitatem unicuiuscunque plebis, ut ipsi inter sacerdotem & plebem testes existant, ubi datae vel non datae fuerint. Hoc autem ideo tantos testes admittendos esse diximus, ne ibi juramentum aliquod faciendi necessitas incumbat.

- d) l. 9. C. de testib. Juris urandi religione testes, prius quam perhibent testimonium, jamdudum arctari praecipimus. Et ut honestioribus potius testibus fides adhibetur, simili modo sanximus, ut unius testimonium nemo iudicium in quaunque causa facile patiatur admitti. Et nunc manifeste sancimus ut unius omnino testis responsio non audiatur, etiam si praeclarae curiae honore praefulget.
- e) Ita enim Lib. VII. Capitul. 283. apud Baluz. T. II. Capitul. Reg. Franc. p. 1088. 1089. Testes priusquam de causa interrogentur, sacramento debere constringi, ut jurent, se nihil esse contra veritatem dicluros. Hec etiam jubemus, ut honestioribus magis, quam vilioribus testibus fides potius admittatur. Unius autem testimonium quamlibet splendida & idonea videatur persona, nullatenus audiendum.
- f) Cujus clarissimum exhibit vestigium capit. 143. apud Clerb ex hac Baluz. l. c. T. I. p. 947. Ne judices quicquam de personis probatibus extra sacerdotum conhidentiam judicare presumant.
- g) Cap. 51. X. de testibus. Respondemus, nullius testimonio inde confirmetur inquit in religiosus existat, nisi juratus deposuerit mata iure in alterius praecuditum, debeat credi. Canon.
- h) Vid. Zieg. ad Lancell. L. 3. tit. 14. §. 6. & Mevius ad jus Lubecense L. 5. tit. 7. artic. 11.
- i) Vid. Langens Isagoge ad Proc. Jur. Civ. & Saxon. p. 1016. seq. Cum qua formula conspirat fere, qua usi sunt veteres, apud Carolum Cangium Glossar. vocete testes p. m. 1227.

## §. XI.

Referuntur casus, speculemur nonnullos casus huc potissimum ubi ob me facientes. I) *Nominavi Metum*; Quem vero rem Sodi vel potentia partis gignit, vel damnum emerum testes de perjurio sunt valde suspiciuntur. Ad primum membrum refero subditos in Principis sui causa testimonium denunciantes. Etenim quamvis usus fori a) ut ejusmodi testes remisso subjectionis juramento admittantur indulget, nihil tamen secius semper semperque obstat hujus testimonii fidei metus a potentatu vel a gratia superioris injectus, qui minime cessat, quamdiu cives Principis imperio subsunt, etiam si illis ad hunc actum jurisjurandi facta sit gratia. Et haec est ratio sententiae Huberi b) statuentis, non quidem tales prohiberi esse testes, verum illos haud esse habendos omni exceptione maiores, siquidem aliorum testimoniis adsit copia. Ad secundum membrum pertinet, si venditor in favorem emtoris, cui alioquin ad praestandam evictionem obligatus testem agat. c) Si debitor pro creditore d) testimonium effert. Stimulante enim utilitate, quae fere semper semperque corruptis Seculi nostri moribus leges praescribit, facilime accidit, ut ejusmodi

modi testis damni avertendi causa dicat ea, quae conscientia arguit mendacii. Tertium mem-  
brum illustratingcasus 1) si donatarius testis sit in emolumentum illius, qui ipsi mortis causa ali-  
quid dono dedit. 2) Si testimonium perhibeatur in compendium istius, de quo cognitum ha-  
bet testis illum in favorem sui condidisse testa-  
mentum. Hic enim metus ne cadant illo lucro,  
quod explorata spes pollicetur, causam subimi-  
nistrat, quare ejusmodi testes, usus suos aucu-  
pantes in crimen perjurii facillime se se praecipi-  
tent. Quarti membra exempla sint, si advoca-  
tus in illa causa, cui patrocinium praestitit e) &  
procurator pro clientulo f) det testimonium,  
hic enim ambitio & existimationis aucupium,  
quod honorem inhiat, ita partes clientis defen-  
dendi, ut e lite discedat superior, compluries im-  
pellit animum, ut nuncium remittant veritati;  
Quibus & addi posset surrogatio & corruptio  
testium, quae quamvis detestanda & haud cre-  
denda a Christianis, tamen quotidiana de ejus-  
modi testibus loquitur fori experientia. II) feci suspicio per-  
mentionem amoris. Huc pertinet si frater in jurii ob amo-  
causa fratris vel sororis, parentes in causa libero-  
rum, liberi in causa parentum testes agant. Mo-  
res quidem nostri plenam huic testimonio ad-

E

de.

dere fidem existimat Carpzovius, g) modo non  
adsit patria potestas , bonorum communio &  
cohabitatio. Sed amor ex vinculo sanguinis  
confiatus emancipatione, figmento illo Roma-  
no, superveniente non exspirat , nec quod bo-  
norum communio & cohabitatio deficiat , sat  
argumenti videtur, affectum naturalem esse in-  
terstitium, cum amor iste non civili illo & DD.  
commento innitatur, sed ipsa natura. Ideoque  
*Suspicio  
perjurii  
obodium.* B.Strykius h) emancipationem in hoc juramen-  
to suspicionem ex vinculo sanguinis propullu-  
lantem haud exorbere recte existimat. III) dixi  
Odium. Illud autem vel manifestum ut capita-  
le est , & multis innotuit , vel clandestinum seu  
paucissimis cognitum. De priori parum est  
quod metuamus , cum ejusmodi testes nec le-  
ges i) nec DD. k) admittant ; imo poti-  
us famosus JCtus ille nequam Barth. Cae-  
polla l) tanquam cautelam suggerat ; Ut illi, qui  
nobis futuro suo testimonio gravis & nocivus  
videatur, infringamus colaphum , quo enim fa-  
cto, subsequi existimat praesumptionem inimici-  
tarum & odii , causam sufficientem, ad objici-  
endum impedimentum testimonio alioquin no-  
bis noxi ofo. Sed sicut omnino habemus, cur  
de cautelae hujus flagitosac effectu, quem ipse  
Cae-

Caepolla m) incertum credit , dubitemus , ita  
hoc saltem hic addimus , quod odium clande-  
stinum ex invidia forsan aemulatione , vel ne-  
scio,qua alia causa innatum parili ratione ad pa-  
trandum perjurium invitet. Etenim odii na-  
tura non solum in eo constituenda , ut illum  
quem novocali animo intuemur, fugiamus, ve-  
rum & in hoc potissimum ut ipsum incommodo  
afficiamus atque famae fortunaeque jactura. n)

- a) Vid. Carp. P. I. C. 16. D. 64. Klock Vol. 4. Cons. 36. n. 32.  
seqq. Myns. Resp. 16. n. 14. & DD. passim.
- b) Huber prael. ad ff. de testib. §. 10. p. m. 107.
- c) Vid. Umm. diss. ad proc. s. thes. 2. n. 22.
- d) Vid. Carpz. P. I. C. 16. D. 67. n. 6.
- e) Add. Reuberus de testib. P. II. n. 161.
- f) Menoch. de arb. jud. quæst. 73. L. I.
- g) Carpz. P. I. C. 16. D. 48.
- h) B. Siryk us. Mod. tit. de testib. §. 9.
- i) l. 3. pr. & in fin. ff. de testib. l. 1. §. 24. ff. de quæst. Nov. 90. c. 6. Auth. S. testis C. de testib. c. 6. 7. 10. 13. & 19. x. de  
testib.
- k) Brunnem. in Proc. Crimin. cap. 8. membr. 2. n. 21. Hopp.  
diss. de iniuric. capital. §. 22.65. Farinac. de testib. L. II. qu.  
13. n. 5.
- l) Ita enim Caepolla in editione , quae Francofurti ad  
Moenum anno 1587. cum praef. Fichardi aliorumque  
ICTorum cautelis in folio prodiit caut. IV. n. 1. p. 5. hal-  
lucinatur: *Siquis non habet nisi unum testem contra te,*  
*secundum aliquos potes adhibere, vel fieri facere hanc ma-*  
*litiam, videlicet quod tu des ei unam aliam cum ille testis*  
*producit contra te, postea oppones, quod est tuus ini-*  
*micus.*

- m) l.c. ubi addit: contra istam malitiam habes remedium. Nam inimicitia interveniens facto ejus, contra quem producitur testis, non repellit ipsum testem omnino, sed hoc judici committitur conf. Mascard. de probat. concl. 1051. n. 18.
- n) Optime Ziegler Dicast. concl. 13. §. 35 Inimicum meum mihi bene cupere, violenta praesumtio est. Magis naturalis est ea, quae ab inimico pessime expectanda dictitat. Vindictae enim dum cupidus est extra metas plerumque vagatur, suamque in infinitum extrahit ultiōnem neque injuriae illatae neque satisfactionis acceptae iustus moderator & arbiter. Tandem, pergit §. 36. certum est non requiri praecise odium verum, sed sufficere praesumtum &c. Qua ratione etiam testes proprie causas ex quibus praesumpta inimicitia resultat, repelli potest, ut maxime de vera inimicitia non constet, & testis ipse dicat, se nullana fovere inimicitiam.

## §. XII.

*Juramen-  
tum Cal.  
gen.*

Sequitur juramentum *Calumniae generale* quod de lite bona fide prosequenda praestare partes solent, corundemque advocati: Er glaube und wisse nicht anders denn eine gute Sache zu haben / er wolle auch keinen unnothigen und gefährlichen Aufschub der Sachen suchen oder begehrn / und so oft er um recht gefraget würde/ die Wahrheit nicht verhalten/ sondern auffrichtig anzeigen und aussagen / auch der Sachen halber niemand anders/denn demjenigen so das Recht zulässt / etwas geben oder verheissen/ getreulich/ und ohne Gefahrde: Certus utiusque

que temeritatem litigantium, dilationes frivolas, cavillationes, officias & nummarias causae commendationes, nostro foro perquam familiares, ac insitas, perspiciens ac intentus contemplans, ingenue fatebitur, quod toties miraculum contingat, quoties hoc juramentum lite per sententiam finita nullo perjurio sit conseleratum. a) <sup>Ob litigan-</sup>  
<sup>tiam ne-</sup>  
<sup>quitiam</sup>  
<sup>upluri-</sup>  
<sup>mum</sup>  
<sup>transfor-</sup>  
<sup>matur in</sup>  
<sup>perjuri-</sup>  
<sup>um.</sup>

Eisdem enim laboramus adhuc hodie moribus pestilis, quis olim nequitia advocatorum & perfidia partium polluebant, tempora Taciti b) <sup>De Advo-</sup>  
& Marcellini. c) Ille etenim nec quicquam pu-<sup>catorum</sup>  
blicae mercis tam venale fuisse afferit, quam advo-<sup>perfidia</sup>  
catorum perfidiam, & hic de illis conqueritur, quod Marcelli-  
irresolubili nexu vincentes negotia laborent, ut onnis ni quaere-  
quies litibus implicetur, & nodosis quaestionibus de in-<sup>lae.</sup>  
dustry judicia circumscribant, quod litigare frustra  
quoslibet innocentes hortentur, & cum ad inopiam mu-  
nendarum venerint allegationum ad effrenatam defle-  
ctant convitiandi licentiam, nec fas ullum prae oculis  
habeant, sed tanquam avaritiae venundati & usu-  
capti nihil praeter interminatam petendi licentiam no-  
rint, & si quem semel intra retia ceperint, cassibus mille  
impedient, septem vendibiles introitus praeparent, di-  
lationum, examina longissima contexentes. Ad mini-  
mum operosa nostra fallax & per ambages sum-  
tuosa litigandi ratio Helvetii d) confilium in-  
dedit, nunquam admittendi nonsolum juramen-<sup>Helvetii</sup>  
<sup>rejecerunt</sup>  
<sup>juramen-</sup>  
<sup>tum Cal.</sup>  
tum calumniae, verum etiam integrum Jus Justi-

*Item Sa-  
xones  
Magde-  
burg. Sc.*

nianaeum ejusque processum. Imo contentiosi illi & subdoli e) litigantium conatus multos Imperantes eo inclinarunt, ut reprobarint & rejecerint juramentum hoc calumniae, vti de Saxonia, f) de Ducatu Magdeburgico g) & multis Belgii foederati h) civitatibus autores passim testantur.

*Quærelæ  
IC. curum de  
abusu hujus  
juram.*

- a) In hoc assertum quadrat sententia Socini ad c. i. x. de juram. cal. *Nostra aetate magis de calumnia committenda, quam evitanda jurant litigantes. Nam tan- ta facilitate & levitate hoc juramentum passim in judi- cisis tam a partibus, quam eorum procuratoribus praesta- tur, ut plane in contemptum abicerit jurisjurandi religio.* Et Baldi in l. 24. C. de evict. *Juramenum Cal. inqui- ens, hodie ne obulo quidem aestimandum, quia facti sumus contemtores Dei & Religionis.* Cum quibus conspirat Ant. *Thesaurus quaest. forens. L. I. qu. 40.* n. 3. Ego dicerem, scribit, cum Maranta, melius esse hodie cessare ab exactione hujus juramenti, ne ponantur in discrimine litigantium conscientiae, qui tam facile jurisjurandi religionem contemnunt Sc. conf. Gail. observ. 85. n. 4. L. 1. Add. Oldend. Tom. 2. class. 1. act. 7. in fine & Dn. Strykius Melet. V. c. 1. §. 4.
- b) *Lib. II. cap. 5. Annal.*
- c) *Lib. 30. cap. 4.*
- d) Ita enim soach. Simlerus Lib. 2. de Helvet. Rep. *Co-  
ntroversiarum disputationi quae hodie in usu est, & ju-  
dicis illis nostri temporis, in quibus ex jure civili Ro-  
mano us dicuntur, nostram agendi & dijudicandi rati-  
onem anteponendam duco, & id judicio bonorum & litigiorum hominum me probaturum confido. Primum  
enim negari non potest, plerosque causidicorum non tam  
justi-*

*Helveticorum  
causæ, quare  
rejecerint jus  
Iustiniæ.*

- justitiae & aequitatis, quam juris studiosos, qui singula verba, & syllabas legum venantur, & suo arbitratu exponunt, captiunculas aliquas simplicibus struere. Deinde cuncta fere ab his ad privatum commodum referuntur: Vnde non explicandis sed involvendis & obscurandis controversis operam dant, ita sit, ut lites in multos annos extrahantur & saepe etiam ad nepotes transmittantur, summa cum molestia utriusque partis &c. Vnde non immerito quidam Pragmaticos hos & causidicos, sanguisugas & Hirudines appellare solent, qui opes vulgi & ipsum etiam sanguinem exsugant Sc. Quod si in nostris iudiciis nonnunquam error aliquis committitur, in causis implicatis & obscuris, quae tamen rarius occurunt, nequoniam tamen tantum damni inde dati, quantum exitum illa prorogatione accipitur. conf. Conring. de orig. Jur. cap. 32. Huc & pertinet integer Tractatus Godfridi Warlesi Schaffbusani von zeitigung der Gerichts-Händel.
- 6) Sed quae haec tenus de Advocatis affirmata sunt cum mica falso interpretentur, rogo, ita scilicet ut citati autores censoria virgula notent solummodo rabulas, judiciorum ordinations in cautelas technas & perjuria commutantes die Gerichts. Plauderer welche auch die ge rechteten Sachen zuverdrehen wissen/ uti eos appellat ipse Advocatorum Patronus Carpzovius P. I. C. I. D. 17. Jure meritoque vero vindico honestos & integrae frontis Advocatos, utpote quos optimus quisque veneratur, laudibusque persequitur.
- 7) Sic glossator ad Weichb. L. III. artic. 88. mercke daß der gemeine Erd vor Gefährde nach Sachsen-Recht nicht statt hat. Cui assentient omnes DD. Saxoniae vid. Rauchb. P. I. qv. 10. n. 1. Carpz. P. I. C. 12. D. 25. Berlich. P. I. Concl. 31. n. 4. ac DD. paslum. Simile tamen ibi hodie obtinere juramentum secundum Decisionem Saxon. 70. autor est Excell. Tilius ad Lauferb. observ. 339. Et Exc. Dr. Menckenius Dissert. Iur.

Vituperantur  
Rabulæ lan-  
dantur in-  
græ frontis  
Advocato

Abragatum  
quidem in  
Saxonia hoc  
juram. Sed  
illius loco  
simile quod-  
dam intitula-  
tum.

*Jur. Comm.* & *Saxon.* secund. sér. *Prael. Huberi n.* 149.  
asserit: *Advocatos in iudicio Mercatorio Lipsiensi secund.*  
*Ord. Merc. tit. 5. juramento esse obstrictos, quod calumniae*  
*fere contineat.*

g) *Vid. Declaratio Ordinat. proc. de ann. 1696. c. 7.*

h) *Vid. Gudelin. de Jure Noviss. Lib 4. c. 8. in fin. Groenew.*  
*de LL. abrogat. ad §. 1. I. d. pœn. tem. litig. Sande Lib. I.*  
*tit. 9. Def. 1. & seq.*

### §. XIII.

*Juram.*  
*Cal. speciale seu*  
*malitiaæ.*

Pergo ad juramentum *cal. speciale*, id quod  
Jus Canonicum & praxis juramentum malitiæ a) nuncupant. Quo jurans id, quod pe-  
tit, se sincere bonaque fide petere asseverat;  
Dass er von seinen wieder N. habenden und vor  
diesen Gerichten rechtshängigen Sachen e. g.  
1000. Rthlr. betreffend/ seinen Gegentheil den  
Haupt-End nicht aus Gefehrde oder böser  
Meinung / noch zu Verlängerung der Sa-  
che / sondern allein zur Nothdurfft deferiret ha-  
be. b) Saepissime hic accidit ut facta, quae hoc  
juramentum exigunt, propria & communia sint,  
& cognita utrique litigantium.] Quo prae-  
supposito deferens aut juramentum principale  
calumniose & temere desert, & sit perjurus, aut  
bona fide & conscientia sua fretus juramen-  
tum malitiaæ in se suscipit, & pars adversa, jura-  
mentum principale praestans, perjurii reatum  
necessario incurre videtur. V olvitur quippe  
quae-

*Id quod*  
*si defactis*  
*propriis*  
*praestetur*  
*suspicio-*  
*nem com-*  
*misi per-*  
*perjurii*  
*gignit*

quaestio de facto inter litigantes ipsos celebra-<sup>graviss.</sup>  
to , quod neutri jurantium occultum est , sed <sup>mam.</sup>  
utrique exploratum, adeo, ut si rem ipsam paulo  
curatius intuearis, utrumque & illum scilicet, qui  
juramentum principale enunciatur , & illum qui  
juramentum malitiae praefstat, jurare de verita-  
te animadvertes. Etenim cum hic juramento  
illud affirmet , quod iste juramento iterum ne-  
gat, sibi inyicem autem contradictoria simul ve-  
ra esse nequeant , alteruter jurantium, ut com-  
mittat perjurium , harum circumstantiarum ju-  
bet necessitas. Et ut mens mea adhuc constet  
liquidior , serenabo eam casu qui sequitur. Ti-  
tius vendit Cajo aedes suas ; Quas intrat Catus,  
quas ad domicilium habitationemque accom-  
modat ; sed vix te<sup>c</sup>tis successit , cum de pretio  
sibi solvendo classicum canat Titius , conten-  
dens mille thaleros, pro aedibus sibi a Cajo pol-  
licites; Id quod vero negat ac pernegat Catus,  
seque octingentos seleni promisso asleverans.  
Utriusque altercantum tanta est pertinacia , ut  
non nisi judice lis secari possit. Desunt testes,  
desunt instrumenta , nec major nec minor huius  
quam illi patrocinatur presumptio. Quapropter  
controversia hac in judicium deducta , Titius  
Cajo juramentum deterrit litis decisorium. hic vero

F

Ti-

Titio juramentum malitia. Nonne hic certo certius perjurium futurum? nonne Cajus juramento affirmat, quod Titius jurejurando negat? Concedis enim Cajo juramentum constare in eo, ut affirmet se scire sibi à Titio, mille thaleros esse stipulatos; Concedis jurejurando illud negare Titium; Concedis quoque certam indubitatamque utriusque jurantis de pretio scientiam, hinc & concedas necesse est, ut si Titius bona fide juret, Cajus pejeret; Si vero Cajus juramento veritatem proferat, Titius sit perju-

*Convenientia  
Iuris. c.)*

*& Disconve-  
nientia In-  
ram. Cal. &  
Malit.*

- a) Hoc juramentum solida quidem differentia opponitur juramento cal. generali, a Justiniano Imp. introducto l. 1. C. de jur. ur. prop. column. parum vero aut nihil discrepat a juramento Calumniæ, cuius usum apud veteres Pandectæ innunt, l. 8. §. 5. ff. qui satisd. cog. l. 34. ff. de jurejur. Cum vero Pragmatici, quae probationes factorum totius causæ comitantur, appellant Calumniæ, reliqua vero de incidentibus negotiis malitia, & ego horum effaro accessi, de verbis quae ut nummi valent amplius non disputans conf. Huber. prael. ad l. tit. de pœna temere litig. §. 2. p. 419.
- b) Vid. Martini Comment. in Ordinat. Proces. Sax. Tit. 23. n. 105.
- c) Huc collimat sententia Consistorii Lipsiensis apud §. 2. Berger. Elect. ad Ordin. Proc. Sax. p. 808. da wenn ein Theil das juramentum calumniæ, der andere aber den Haupt-Eyd und beyde super factis propriis schwören eis ges unter ihnen nothwendig falsch Schwören muß se. §. XIV.)

*Monachum B.  
Stryki.*

## §. XIV.

Facilem quoque ad perjuria aditum aperiunt *juramenta Dandorum & Respondendorum*, praesertim si de facto proprio utriusque litigantis ejusmodi juramenta admittantur. Quae ut tibi persuadeas horum saltem perpende enunciatio-  
 nis formulam & vix habebis, quod dubites am-  
 plius: Ich schwere / daß die von mir einge-  
 brachte Articul, so viel deren meine eigene Ge-  
 schichte betreffen/wahr seyn/ und was die frem-  
 den Geschichte betreffen / daß ich glaube / die  
 wahr zu seyn. a) Cui adjungamus juramentum  
 Respondend. Ich schwere einen End zu  
 Gott / daß ich aufs meines Wiederthils ein-  
 gebrachte und zugelassene position und Articuln  
 einen jeden besonders, die Wahrheit antworten  
 wolle/ ob die so viel derselben meine eigene That  
 oder Geschichte betreffen / wahr/ und ob ich/ so  
 viel deren fremde That oder Geschichte belan-  
 gen/ glaube oder glaube nicht wahr seyn/ ohne  
 alle Gefehrde. b) Si ergo unicuique de facto  
 constet , nihil tamē secius hic istud neget,  
 quod ille asserat, & tandem id uterque juramen-  
 to corroborat, dic sodes quomodo evenire pos-  
 sit, ut neuter illorum criminē fese aspergat per-  
 surii. c)

F 2

a) Vid.

- a) Vid. B Stryk Us. Mod. tit. de interrog. in ur. fac. §. 57.  
 b) conf. B. Stryk l. c. §. 58.  
 c) Huic asserto subscriptit pius ille I Cetus Brunnemannus de  
*jur. Eccles. L. III. c. 4. §. 3.* Valde mihi periculosa, inquit,  
 haec methodus procedendi per positiones visa est &c. Hic ubi  
 inter duo contradictrorialis est, non potest non a iudice prae-  
 sumi per turium. & qui sciens pejeraturo iuramentum de-  
 fert, culpae expers non est &c. Posset index ex una vel al-  
 tera causa remittere iuramentum paribus ad iurandum  
 paratis, sicut in facultate aliquoties ob metum periurii  
 fuissest paribus ad iuramentum prestandum paratis, ne  
 ipse iudicii locus periuriis maculetar.

## §. XV.

*Juramen-*  
*tum in li-*  
*tem,* Huic adjungendum est iuramentum in item,  
 utpote quo quis rem suam dolo vel culpa alte-  
 riis deperditam vel subtractam aestimat preti-  
 umque constituit: daß er wohlbedächtlich nach  
 fleißiger Examiniirung seines Gewissens den ihm  
 zugefügten Schaden nicht geringer als e.g. 100.  
 æstimiren könne a) &c. Hoc iuramentum com-  
 munis JCtorum schola b) in affectionis distin-  
 guit & veritatis, ibi ob dolum adversarii pro  
 affectu, hic vero ob culpam secundum valo-  
 rem communem rem aestimandam esse, ex jure  
 Civili deducere allaborat. Et hanc distinctio-  
 nem quoad dolum & culpam retineri in foro  
 posse propterea Schilterus c) non dubitat, quod  
 nec principia juris patrii evertere, nec aequitati  
 naturali videatur contrariari. Ipse tamen tan-  
 dem

dem fatetur, Carpzovi id) fententiam nostram in foro esse pragmaticam, ut scilicet differentia inter juramenta in item affectionis & veritatis parum attendatur, sed potius judicis committatur arbitrio, quomodo & quando deferendum existimet. Cum ergo de affectione in infinitum quidem jurare lex. 4. ff. de in lit. jur. indulgeat, attamen actorem lucri amor facile eo impellat, ut stimulante avaritia in nimium affectatumque affectum e) incidat, suspicio perjurii enascitur, ideoque judicis expostulat officium, ut antequam ad juramentum actor admittatur, exorbitantes affectionis rationes perpendat, & nonnisi illis ad aequitatis duetum moderatis iusjurandum concedat. f)

a) Vid. Dn. Beyer's Volckm. Emend. P. II. p. 234. conf. t2 ~~Madd~~ ap. men Martini Comment. in Ord. Proc. Sax. tit. 31. §. 2. n. Francos ~~uia~~ 92. & 101. seqq. Addo hic obiter juramentum in item nec Francos ignorasse, uti apparet ex lege Alamann.

cap. 70. si quis alicui caballum involaverit, adpreiuet eum Dominus ejus cum sacramento usque ad VI. solidos, si tantum valer, aut plus aut minus, quantum ille cum sacramento adpreiaverit in caput, tantum restituat sur ap. Baluz. Capit. Reg. Franc. Tom. I. p. 77.

b) Vid. Struv. exerc. 17. §. 59. Hahn ad Wesenb. ad tit. de in lit. jur. Frantz eod. tit. n. 67. Schilt. exerc. 23. §. 54. Dn. Beyer delin. iur. civ. priv. h. t. posit. i. & alii DD. passim, a quibus tamen dissentit. Ulr. Huberus prael. ad ff. tit. de in lit. jur. §. 1. & ibi in schol. Illustr. Dn. Thomasius.

- c) Exerc. ad ff. 23. § 55.  
 d) Carpzov. P. I, c. 23. D. 19. & Decis. 265. n. 10. Cui adstipulatur Struv. Exerc. 17. §. 59.  
 e) Difficillimum hic quidem arguere jurantem perjurii, cum verus illius affectus certo persecutari nequeat, indeque est, quare de periturio illius, qui in litem iuravit quæri facile non solere, innuat l. fin. ff. de in lit. iur. Probabilis tamen oritur perjurii conjectura, si premium valorem communem ultra modum nimisque excedat, nec admodum difficilis sit recuperatio rei similis, quæ qualitate & quantitate respondeat illi, quam laetus amisi.  
 f) Circumponunt huic asterto praesidia & leges & praxis. Congruere enim bonae fidei iudicis, ut taxatioem iuruum rando adiiciat, dilucide declarat lex. 4. §. 2. ff. de in lit. iur. & B. Strykius pernecessarium monet, ut moderatio iudicis hoc iuramentum præcedat Us. Modern. tit. de in lit. iur. §. 10. Cujus sententiam non paucorum judiciorum usus jam olim sustinuit, ut exemplar ejusmodi juramenti in litem moderatione iudicis temperati suppeditat Richt. Vol. II. Cons. 229. n. 6. p. 782. Id quod ann. 1645. a Serenissimo Adolpho Friderico Duce Megapolitano præscriptum est & sequentem in modum præstitum: Ich Eurth Rote schwere zu Gott/ als in der zwischen mir/ Klägern an einen/ entgegen und wieder Conradum Curtium, Beßlagten/ am andern Theil eingeholten / und den 22ten Januarii lauffenden Jahres allhier in J. Fr. Gn. Canzley Bericht zu Schwerin publicirten rechtmäßigen Urtheil mir zu Aestimirung meines Schadens/ so durch des Klägers Abnahm meiner Sachen mir zugefügt/ das juramentum in litem zuerkant worden/ die Fürstl. Herrn directorn und Räthe mir auch auff geschickte meine Deligation eine gewisse Summe gesetzt/ über welche ich meinen Schaden nicht aestimiren solte/ benantlich 120. Rthlr. zum Fall die mir arrestirte beyde Ambosse mir wieder eingesieffert

Vnde bic oritur  
atur proba-  
bilis perjurii  
conjectura.

Moderatio  
iudicis hic  
pernecessaria.

Exemplar  
ejusmodi ju-  
ramenti  
prævia mo-  
deratione ju-  
dicis præstiti.

lieffert werden könnten/ oder da solches nicht geschehen würd  
de/ 170 Rthlr. und mir dabey freigelassen/ meinen Schaden nach Befindung meines Gewissens auch noch geringer zu aestimiren/ daß ich demnach bey guten Wohlsbedachte und fleißiger Examirirung meines Gewissens/ den mir zu gefügten Schaden nicht geringer als auff 120. Rthlr. wann/ ich die Ambosse wieder bekommen / oder auff 170. Rthlr. wann ich dieselben nicht wieder bekommen solte/ aestimiren könne/ so wahr mir Gott helfe durch Jesum Christum.

## §. XVI.

Huc & collimat *juramentum minorationis* par-<sup>Juram.</sup>  
ticulare propriumque Saxonibus, quo reus <sup>Minora-</sup>  
damnum per vim ablativam vel expulsivam  
actori illatum ab eoque sine juramento aestima-  
tum moderatur ac minuit: Daß obwohl N.N.  
seine wegen der von mir Beklagten geschehenen  
gewalthätigen aus den Guthe N. oder abge-  
nommen und erlittenen Schäden auff 1000.  
Gulden aestimiret und angeschlagen / ich doch  
in meinen Gewissen dafür achte und halte/ daß  
er dessen über 500. Gulden zum meisten nicht  
Schäden gehabt noch erlitten habe. a) Id quod <sup>Id quod</sup> <sup>adhuc ma-</sup>  
sicuti cum juramento praecedenti in multisco-<sup>jorilabo-</sup>  
incidat , ita ex illo eadem & major adhuc pro-rat <sup>suspi-</sup>  
pullulare videtur perjurii suspicio, quam ex jura-<sup>cione per-</sup>  
mento in item. Cum hic nulla admittatur ju-<sup>jurii ac</sup>  
dicis moderatio, b) et ille, quem non puduit reslit.  
<sup>juram. in</sup>  
<sup>alie-</sup>

alienas per vim auferre, nec religioni sibi ducet  
pejerare. c)

*Moderatur  
hic saltem li-  
quidatio  
Actoris, non  
vero a-ni-  
matio Rei,*

- a) Conf. Richter *disp. de juramento minutionis* §. 28.  
 b) Vid. *Carpz. P. I. C.23. D. 18. Berlich. P. I. D. 88. n. 17. Richt.*  
*disp. de juram. minut. §. 44. & DD. Saxoniae passim.*  
 Illa enim moderatio, quae judici in hoc juramento com-  
 petit, liquidationem saltem actoris respicit ejusdemque  
 aestimationem injuratam, minime vero rei, jurantis,  
 uti videre est, ex sententia supr. appell. Jud. Dresd.  
 quam refert *B. Rivinus Enunt. Jur. ad tit. 31. §. 2. p. 1135.*  
 daraus so viel zu befinden daß die in der fol. 3. befindliche Li-  
 quidation auf 1566. Rthl. angegebene Posten zusammen  
 auf 800. Rthl. zu mässigen inmaske wir sie hiemit also mo-  
 deriren und mässigen / welche best. principal Rthl. nebst de-  
 nen dieser Sachen auffgewandten Unkosten gleichfalls nach  
 vorgehender Liquidation und unserer Ermässigung abzu-  
 statten schuldig / es könnte und wolte denn derselbige diese  
 Summe vermittelst seines leiblichen Eydes vermindern/ da-  
 mit würde er billig zugelassen z. Quorsum & abit senten-  
 tia a curia Lipsiensi lata, quam exhibet Philippi in Proc.  
 Elect. Saxon. Tit. 31. Cons. i. n. 5.  
 c) Ita ratiocinatur *B. Strykius Us. Mod tit. de in lit. jur. §.*  
*13. Sane si adversarium non puduit res alienas per vim au-  
 ferre, nec religioni ducet pejerasse &c. Ergo si cum viro  
 honesto negotium foret, juramento hujus committi posset  
 aestimatio, sed si cum invasore, raptore, spoliatore res sit,  
 quis fidem habebit e. us juramento?*

### §. XVII.

*Juramen-  
tum Pur-  
gatorium.*

Hactenus perlustratis addamus adhuc jura-  
 mentum, quod frequens quidem, sed perjurio  
 contuminiatur ut plurimum. *Purgatorium intel-*  
*ligo*

ligo, quod judex imponit indiciis suspicionibus que onerato, ut per illud se ius eximat suamque probet purgetque innocentiam. Dass er nehmlich an der beschuldigten That unschuldig / vel dass er davon nichts wisse/ selbige nicht gethan/ auch andern keinen Rath und Beystand dazu gegeben; Vel dass er flagenden Theile das und das nicht zugesaget oder versprochen habe. a) Ut nihil dicam de periculo causarum civilium b) & matrimonialium, c) quae huic juramento subjiciuntur, per transenham tantummodo inspiciamus circumstantias criminales, d) quae judicibus ad juramentum purgatorium imponendum regulariter creduntur sufficere. Requirunt enim, ut I) veritas aliter investigari nequeat, II) prae sumptiones tamen indicia ac suspiciones contra reum militent. III) tales autem non reperiantur, quae ad injungendam torturam sufficient, IV) nec reo patrocinentur probabiles rationes, quas pro defendenda posset allegare innocentia. e) Haec si non nihil accuratori mentis acumine intuearis, hoc juramentum fere ut plurimum laborare perjurii suspicione animadvertes. Ubi enim prae sumptionibus ac indiciis quis ita gravatur, ut nec reperiantur excusationes, quibus innocentiam suam probabilem sistat, & nihilo

G

tamen

*Quare de  
perjurio  
suspectum?*

tamen secius ipsi indulgetur, ut poeniam vel corporis afflictivam, vel famam laedentem jura-  
mento avertat, formido hujus mali facillime per-  
jurium extorquet. Etenim paucis mortalibus  
tanta est in DEum veneratio, ut mortem, fusi-  
gationem aut famae jaeturam oppetere malint,  
quam in crimen incidere perjurii. f.)

- a) Martini Comment. in Ordin. Proc. Sax. Lit. 32. §. 72.
- b) Hoc juramentum hodie in civilibus multis in locis ad-  
hiberi, leges pariter ac praxis ostendunt. Ita enim  
*Constit. Elect. Saxon. 22. P. I.* Man hat sich verglichen/ daß  
justa ex causa in civilibus das juramentum purgatorium  
ex officio ein Richter befugt seyn soll zu erkennen/ ad quam  
vid. *Carpz. Add. Richt. Vol. I. Conf. 36. n. 19.* ubi assert praec-  
judicium. *B. Strykius Us. Mod. tit. de jurejur. §. 38.* Qui  
hoc juramentum in civilibus a Pomeranis esse acce-  
ptum probat, *Conf. Mevius P. IV. Def. 8. n. 11.*
- c) In matrimonialibus & hujus juramenti esse usum appa-  
ret ex *Constit. Elect. Saxon. 22. P. I.* Obwohl das juramen-  
tum purgatorium unnehmlich in Ehe Sachen kan auffgele-  
get werden/ vgl. *Carpz. D. 4.* qui tamen a se ipso dis-  
sentit Juris. *ccles. L. III. D. 47. n. 15.* Add. *Ordin. Prov.*  
*Anhalt. tit. 3. g.* Wenn aber ledige Personen/ qui ita dispo-  
nit, und beflagter Theil der ehelichen Zusage nicht geständig  
seyn wolte/ gleichwohl den Beyschlaß und fleischl Vermi-  
schung gestände/ so soll derjenige/ der des Beyschlaßs ge-  
ständig oder genugsam überwiesen schuldig seyn/ sich vermit-  
tels eines Körperlichen Eydes zu purgieren und sein Gewissen  
zu reinigen/ daß er der geschwängerten oder beschlaffenen  
keine Ehe zugesaget.

Obtinet in  
Civilibus.)

In Matrimo-  
nialibus.

d) In

- d) In criminalibus hoc juramentum sibi vindicare locum <sup>In crimina-</sup>  
perspicua demonstrant verba *Conf. Elez. Sax. cit. in pr. bnu.*  
Ob wohl das juramentum purgatorium fürnehmlich in  
peinlichen und Ehe-Sachen aus Richterlichen Ambts da es  
gleich nicht gebeten den Be lagten/ wo ein redlicher Ver-  
dacht wieder ihn ausgeführt/ kan auferlegt werden sc.  
Ita & Facultatem Jenensem in causa Georgii von Die-  
dersdorff respondisse: Wenn der Fiscal nicht bessern Be-  
weis ein bringet/ so seyd ihr mit der Tortur zu verschonen/  
und mit dem juramento purgatorio, daß ihr euren Halb-  
Bruder den Stich wissenschaftlich und fürsächlich nicht zugefuget/  
zulässlich testatur *Richt. Vol. II. Cons. 227. n. 5.* Add. *Carpz.*  
*P. I. C. 22. D. 1.* ubi ita pronunciatum perhibet: So er-  
scheint aus der Zeugen Aussage so viel/ daß er vermittelst  
seines leiblichen Endes sich zu reinigen/ und daß er den ar-  
ticulirten Diebstahl selbst nicht begangen noch begehen helfe-  
sen/ noch ihn etwas darum bewußt sey/ zu Schwebren schul-  
dig; *Conf. Gail. de Pace publ. c. 7. n. 15. § 20.*
- e) Vid. *Martini Comment. ad Ordin. Proc. Sax. tit. 32. n.*  
*6. seqq.*
- f) Insignis est locus Libani Declam. 3 p. 249 quem ex grāe <sup>Locus Libani;</sup>  
calingva in Gallicam felicissime transvertit Dn. <sup>de naturali</sup>  
beyrac dans ses notes sur le Droit de la Nature & des <sup>mortalium</sup>  
Gens de Pufendorff. L. 4. Chap. 2. §. 22. Dans la prope- <sup>ad perjur. &</sup>  
rité & lors qu'on n' a rien à craindre, on fait s' rypule de <sup>injunctio.</sup>  
se parjurer, n'y ayant rien alors, qui vous mette dans une  
espece de nécessité de commettre de mechante actions.  
Mais lorsque toutes nos affaires sont désespérées, & qu'il  
ne reste plus qu'un seul expedient, qu'on ne sauroit mettre  
en usage sans mentir & sans tromper; on se résout pour  
éviter le mal présent, que l'on voit être inévitable, à courir  
le risque de l'autre, sur lequel on se fait souvent mille  
illusions; car on se flatte, que à force de sacrifices, de de-  
voitions, de vœux, d' offrandes magnifiques on pourra ob-  
tenir des Dieux le pardon de ses crimes. Outre que

*comme la punition du parjure par ce éloignée, au lieu que l'autre mal se montre tout prêt à fondre sur nous : on juge celui ci plus grand que le premier, à cause de sa proximité.* Add. Pufend. Elem. L. I. n° 39.

## §. XVIII.

*Objectio  
contra to-  
tam dis-  
sertatio-  
nem.*

*Ipsi respon-  
detur,*

Nunc Benevole Lector, animus praesagit, te ita me esse allocutorum objecturumque : Ex hactenus tuis dictis concluso, quod nullum ferre occurrat juramentum, cui non insit suspicio perjurii. Bene! At quid inde? Pergis: sic usum juramentorum rescindere allaboras, & jurantes calumniando fugillas; primum vero non cadit in arbitrium privati, & alterum offendit amorem, quo obstrictus est Christianus Christiano. Sed bona verba quaeso! Nec tollam juramenta, nec proximum jurantem afficio ignominia. Id saltem ago, id intendo, ut a profanatione Nomini Divini, foro nostro ita familiari litigantes absterream, atque ex communibus juris naturalis principiis demonstratum sistam, adesse suspicionem quae persuadeat, homines, ut plurimum affectibus indulgentes, & illis esse indulturos, si jurent. Si ergo virtus vel pietas nonnullos aliter formavit, illi exceptionem constituant a regula, sed nec de his loquor, nec volo intelligi. Cum vero hos admodum paucos innumerabilis copia illorum mortalium, qui cupidati

tati obtemperant, ita longissime supererat, ut si centum videas homines, nonaginta novem affectibus obsequentes animadvertes, & vix centesimum virtuti deditum & pietati; haec paucitas & exceptio regulam non condit, sed major potius exemplorum numerus & quidem illorum, qui reguntur affectibus. Id circa cautela sit parti, cui vel juramentum deferendum vel referendum, ne facilem se praebeat in eo, ut pars adversa litem jurejurando decidat, sed vel ipse juramentum praestet, vel transactione<sup>1a</sup>, vel alia amicabili compositione rerum sua- rum fatagere operetur. Alioquin si ipsi de vita & animi integritate adversae partis non constet, non solum bona sua periculis & jactu- rae, verum & nomen sanctissimum sanctissimae Majestatis Divinae offert profanationi, a) Si enī ille; quae tua sunt hactenus denegavit, mendaciisque effecit, quo minus rebus tuis fru- aris, eo ipso quod mentitus est, metum instillat, se, esse, si juret, pejeraturum, b) Dein in primis judicis exigit officium, ut quantum in ipso situm, om- nem moveat lapidem, ne perjuria committan- tur, c) Cum vero leges ipsi tanquam ministro, non vero arbitro normam praescribant, ejusdemque sit secundum legem judicare illamque applicare ad facta, minime autem eandem pro-

pria autoritate limitare aut corrigere , utpote quod ad legislatoriam spectat jurisprudentiam, non vero ad judiciale , caute hic esse procedendum , & judicis potestatem circa perjuria praepedienda paululum impeditam, ita enodan-

*Quomodo* dam, existimo, Aut leges vel observantia fori evolv. n-  
judicii largiuntur autoritatem, certis circumstan-  
*judicis po-*  
*testas cir-*  
*ca preepe-*  
*disenda*  
*perjuria,* tuis rejiciendi juramentum, aut leges inculcant, ut certis casibus illud judex omnino admittat. *Prinus si contingit* & judex ex gravissimis circumstantiis hinc inde conspirantibus perjurium suspicatur, pie agit & legitime, si juramento haud concedat locum, Sed secundo casu ipsi non est facultas denegandi praestationem juramenti, quam leges in favorem vel partis vel ad jurandum parati comprobant. d) Hic autem judicis efflagitant partes, ut seria admonitione de vitan-  
do perjurio erga juraturum utatur, & verbis ur-  
geat nonnihil yividis , qua ratione perjurus se obnoxium sistat Deo, quem contemnit, judici, quem decipit, & proximo, quem laedit. e) Non quidem reprobandus est ille mos , qui avisatio-  
nis de perjurio formulam typis conscriptam ju-  
dicis suppeditavit, f) quam dein praelegere illi, qui juramentum praestiturus, judices assolent;

sed

sed majorem nobis persuademus hujus admonitionis efficaciam, si judex memoriter illius contenta parti testi, vel inquisito secum reputanda proponat, cum ea, quae ex schedula leguntur non ita facile ac discursus percipientur, nec tam clare circumvolvantur mente. Magis tamen adhuc judicem conscientiae & officio <sup>Cautela</sup> iudicis, ut suo prospicere arbitrarer, dum in casu quem re-<sup>suae par-</sup> gulariter leges juramento decidendum conce-<sup>car conscientiae.</sup>dunt, jam vero ob circumstantias vel ratione ipsius rei perjurium futurum quasi certissime minanti, Principem adeat, g) & suspicionis perjurii causas luculenter exponens, roget supplex, ut ipse Princeps interpretationem authenticam addat, decidat & imperet, utrum & in hoc circumstantiarum discriminé juramentum admittendum sit nec ne? h)

a) Bene Augustinus, cuius verba refert Gratianus c. 5. <sup>Menitum</sup>  
*Caus. 22. qv. 5.* Ille, qui hominem ad jurandum provocat, <sup>Augustini de</sup>  
*scit vero eum falsum juraturum vincit homicidam, quia* <sup>officio aver-</sup>  
*homicida corpus occisurus, ille animam, imo duas animas* <sup>tendi. perju-</sup>  
*eius quem jurare provocavit & suam.* Conf. Mev. P. 2.  
 D. 324.

b) Huc pertinet insignis locus Ciceronis in orat. pro *L.* <sup>Locus Cicero-</sup>  
*Rofio Comedo*, quem excerptum suppeditat Rittershu-<sup>nis, qui negat</sup>  
*sius Sacr. Lez. L. II. c. 5. p. m. 102.* Quid interest inter per-<sup>mendaci &</sup>  
*jurum & mendacem?* Qui mentiri solet, pejerare conve-<sup>perjurii dis-</sup>  
*vit.* Quem ego ut mentiatur, inducere possum, ut pejeret,<sup>ferentium,</sup>  
*exorare facile potero.* Nam qui semel a veritate deflexit,  
 hic

hic non majore religione ad perjurium, quam ad mendacium perduci conseruit. Quis enim deprecatione Deorum non conscientiae fide commovetur? Propterea, quae pœna a Diis immortalibus perjuro, haec eadem mendaci constituta est. Non enim ex pactione verborum, quibus jusjurandum comprehenditur, sed ex perfidia & malitia, per quam infidiae tenduntur alicui, Dii immortales hominibus irasci & succensere conserverunt.

Judicis est, ut  
quoniam in  
ipso sium,  
avertat per-  
urium,

c) Judge enim est custos legum; Leges autem quae peruria puniunt, viam perjurii aperire non praelumantur l. 2. C. de indict. toll. Conf. Mev. P. II. 324. Ideoque rationi pariter ac religioni consentaneum est monitum Excell. Dn. Ludovici Einleit. zum Peins. Proc. c. 9. §. 51. Ein Richter wenn er außer Verantwortung vor Gott und Menschen seyn will/ muß alle seine Kräfte dran strecken/ damit ein falscher Eyd verhütet werde. Add. Excell. Io. Sam Stryk. Melet. 2. cap. I. §. 13. seqq.

Quomodo in-  
telligen-  
dus  
Glossator,

d) Et ita intelligendus est Glossator des Sachsischen Land- Reches L II. art. 1. v. schwehren: Zum ersten si sichs begeben von Amts wegen/ daß der Richter zum Meinehde zwingeget/ sondiget er gar nicht; zum andern ob der Richter einen gestattet sich seines Rechtens zu gebrauchen/ als um eine Sache zu schwehren/ so sondiget er auch nicht/ ob er gleich wüste/ daß er unrecht schwöhre/ denn das Recht läßt ihn Schwehren/ und nicht der Richter.

e) Vid. Dn. Martini Comment. ad Proc. Sax. tit. 20. §. 3. n. 89. seqq.

f) Vid. §. 8. praec. lit. a.

Monitum  
Kappennii ut  
Judec adest  
Principem.

g) Quorsum & abit monitum Cœppenii Lib. II. Obs. 17. n. 4. si iudex ipse credat aut existimet, vel saltem dubitet, se nun posse iure sententiam ex actis ferre, si ae sententiae contraria- am, hoc casu, quia palam ageret contra proprie conscientias dictamen, justissimam habet se excusandi causam l. pen. de- vacat. & non tenetur secundum acta & probata judicare quod

*quod si faceres boni & innocentis viri non fungeretur officio  
Ec. Ideoque ad superiorem referat &c.*

- b) Principi enim tanquam summō legislatori competit  
potestas abrogandi leges, limitandi & singularibus cir-  
cumstantiis enascentibus, illas ita interpretandi, ut  
Religioni & aequitati respondeant vid. l. i. l. 9. C de le-  
gib. Aliud enim si jus, aliud si aequitas postulat, contro-  
versiam hanc Princeps dirimit vid. Struv. Exerc. 2. §. 47.

## §. XIX,

Sed praestito nihilo secius juramento, dein *Manifesto per-*  
vero perjurio manifestato perlustrandum adhuc *stato per-*  
est effectus illius, & quid illud sequatur? Segre-*jurio re-*  
gandum autem hic existimo *jus partis laesae*, *spiciens*  
*nemesis judicis*. Ad illius quod attinet casus, eos *jus partis*  
leges & DD. ita distincte evolvunt. Aut jura-*laesae &*  
mentum a parte parti judice approbante est *ad nemesis*  
delatum, aut a judice ex officio. Illi juramen-*sin Judi-*  
to conventio inest, qua id agitur, ut si pars  
juraverit sive vere sive falso, deferens vel referens  
stare velit jurejurando, ac praestare id, de quo  
lis agitata. Hoc juramento praestito nonsolum *Juramen-*  
Jus Romanum a) verum & Saxonicum b) o-*tum a par-*  
mnem perjurii probationem, causaeque retrai-*ii delatum*  
ctionem parti denegant; Cum juramentum *non re-*  
maximum credatur litium expediendarum re-*scinditur*  
medium, resque jurejurando decisā reputetur, *manifesto per-*  
pro transacta, & major adhuc ipsi tribuatur au-*per-*  
toritas quam rei judicatae, illoque praestito non *urio,*

amplius quaeratur an pejeratum, sed saltem an juratum sit, certissimaque videatur illa conclusio, quod probatio non admittatur, nisi casus allegentur legibus excepti: b) Nec haec tenus dictis obstat arbitror generalitatem legis finalis C. de R. C. quae propterea in casu, quem refert singulari, juramentum falso praestitum re-

*Nec obst. l. scindendum disponit: ne cui ex delicto impium sibi f. C. d. R. C. lucrum afferre nostris legibus concedatur.* Rationes enim casuum specialium ac exceptorum ipsam regulam generalem non infringunt, sed potius restringendae ad substratam materiam, cui inhaerent, imo ipsa verba antecedentia ex *hujus modi perjurio* regulam generalem sequentem ad *hujus legis* speciem non obscure alligant, hinc ea quae de juramentis in legibus reliquis rogata imperataque reperiuntur, in cassum non abeunt, sed salva *hujus legis* exceptione sustinentur inconclusa. d) Sibi enim imputet laesus, quod adversarium de causa sua judicem constituerit, deferendo ipsi juramentum. Nec illi fit injuria; damnum enim quod quis sua culpa sentit, sentire non videtur, nec fraudatur qui fecit aut consentit.

*sufficitur  
haec sententia Jure Ci-  
vili,*

a) Vid. l. 1, l. 5, §. 2, l. f. ff. d. *jurjur.* l. 56, ff. d. *re iudic.* Et in primis l. 1, C. de R. C. *Causa Jurie iurando ex consensu urius que partis, vel adversario inferente, delato, praestito vel remisso*

*miso decisa, nec perjurii praetextu retractari potest. nisi  
specialiter hac lege excipiatur. Conf. Wissenb. & Brun-*

*nem, ad h. l.*

- b) Ita enim *Constit. Aug. Elect. Sax. P. I c. 15.* Wenn der Besl. *Confirmatur*  
den Eyd geschwohren / so soll stracks Inhalts der Acten / *Jure Saxon.*  
was darauf Recht ist erkant werden / und da sich gleich Kl.  
erbieten würden / zu beweisen / daß der Besl. unrecht ge-  
schworen / soll er doch damit nicht zugelassen werden. *Conf.*  
*ad h. Conf. Carpz. D. 1. 2. 3.* ubi vide sis paejudicia.
- c) Vid. l. fin. C. de R. C. Hic heres juramentum desert illi, *Explic. lex*  
qui ex testamento, quod suspicabatur deperditum, *Ie. E. C. de R. C.*  
gatum contendit. Jurat hic, sed reperto testamento  
manifestatur perjurium; hinc quaestio enascitur, an  
causae retractioni locus relinquendus? Et Resp. affir-  
mando. Rationem dubitandi suggerit l. 1. C. de R. G. s  
Decidendi vero argumentum favor testamentorum in-  
spirat. Sicuti enim transactio de illis, quae testamen-  
tis reicta, non inspectis tabulis nulla est l. 6. ff. de Trans-  
act. Ita nec juramentum intuitu rei testamentariae, le-  
gati scilicet, vel fideicomissi, praefitum testamento  
non inspecto de jure stricto effectu gaudet. Quapro-  
pter cum accedat dolus & mendacium eo facilius trans-  
actio haec juramento celebrata irrita habetur ac infecta.
- d) Quae sententia ut rationibus sustentatur ita & com- *Conseguens*  
muni optimorum ICorum suffulcitur suffragio. Vid. *DD.*  
*Huber. trael. ad ff. de jurejur. §. fin. Brunnen. in Com-*  
*ment. ad G. l. Struv. Exerc. 17. §. 54. Franzk. ad tit. de*  
*jurejur. n. 69. Dn. Berg Resolut. LL. obſt. iii. de jurejur. qu. 3.*  
*§ XX.*

Saepe autem accedit ut parte parti *Juramen-*  
tum non deferente, illud iudex ex officio injun- *tum dela-*  
gat, si scilicet causae ita dubiae, ut non nisi jura- *tum ex of-*  
mento decidi quaeant. a) Id quod cum nulla *ficio a ju-*  
dice parte

haud defe- nitatur transactione, inter litigantes inita perju-  
 rentre pro- rium repertis noviter instrumentis non solum  
 bato per- probare, verum etiam illo probato causam ipsam  
 jurio re- retractare, jura laeso indulgent. Necessitate au-  
 scinditur. Instrumen- tem constringitur actor, ut instrumentis utatur  
 ta hic ad- noviter repertis ac solis, adeo, ut si noviter reper-  
 mitienda. ta ad demonstrandum perjurium non suffici-  
 ant, probatio evanescat. Quo ipso illa probandi ratio excluditur removeturque, qua actor priorem sustentavit Processum; Illius quippe effectus, illiusque vires per juramentum praestitum sententiamque subsecutam absorptae sunt ac sublatae e medio. Nec hic locus est illorum instrumentorum, quibus gaudere potuisse est auctor in priori processu, quibus vero antea uti ob dolum vel negligentiam est pigratus. Qui enim dolo suo ad perjurium invitat oscitanterveres in judicio peragit, omnino dignus videtur ut causae patiatur jacturam. b) An vero & testes ad probandum perjurium admittendi? Quae-  
 stio est a Jctis gravissimis olim nuper & ho-  
 die c) affirmandi regandique principiis vexata  
 Admit- tuntur & testes, vetilataque; sed salvo rectius sentientium judicio libertate Academica fretus sequor sententiam B. Strxkii, perjurii probationem per testes affirmantis, ita tamen, ut ad illorum qualitatem  
 ocu-

oculum & animum judex referat eosque rejiciat si laborare illos collusionis quadam vel subornationis suspicione animadvertat, eorumque fuisse copiam ante juramentum praestitum sententiamque subsecutam. Expediti enim juris est, quod si de probationibus agatur, testium sit eadem efficacia, quam instrumentorum, d) imo testes in generali significatu sub instrumentorum nomine comprehenduntur; e) probationum namque via amplianda magis est quam restringenda. Ut autem constet de fundamen-  
*Resp. ad dubia.*  
tis dissentientium, ad illa praeante B. Strykio ita respondeo: I) Per vocabula *his solis* testes hic minime excluduntur, sed illae saltem probato-nes, quae noviter non repertae, id quod ipse legis contextus manifestat. II) Claudicat argumentum: Possunt testes subornari. Ergo non admittendi. Haec enim si valeret conclusio, nulla amplius per testes & in aliis causis foret futura probatio. Accedit quod casus quandoque contingat, ubi quis falsa composuit instrumen-ta, manumque alterius ejusdemque sigilum exacte est imitatus. Quis autem tam obtusi ingennii? ut ob casum hunc raro existen-tem inferre non erubesceret: Ergo ob illum me-tum instrumenta contra praestitum juramen-tum

tum legale non admittenda? III) Probationem per testes majori laborare difficultate asserunt, quam documenta, sed quis propterea probationem per testes negaret vexaretque dubiis? Cum partim nulla lex exposcat, ut contrarium in continenti probetur, e contrario potius modorum probandi ordinariorum semper semperque habeatur ratio, partim experientia fori testis sit, quod contra recognitionem Documentorum numero non pauciores opponi soleant exceptiones quam ipsos contra testes.<sup>f)</sup>

- a) Huc enim pertinet lex illa famosa *31. ff. de jurejur.* Admonendi sumus interdum etiam post iurandum exactum permitti Constitutionibus Principum ex integrō causam agere, si quis nova instrumenta se invenisse dicat, quibus nunc solis usurus sit. Sed hac constitutione tunc videntur locum habere, cum a judice aliquis absolutus tuerit. Solent enim saepe iudices in dubiis causis exacto iureinrando secundum eum iudicare, qui iuraverit. Ad quam legem conf. *Ant. Faber. Ration. Brunnem. b. l. B. Stryk. Us. Mod. tit. de iureiur. §. 39. & 41.*
- b) Conf. *Hillig. ad Donellum L. 24. c. 9. lit. x.*
- c) Negant namque *Donell. L. 42. c. 19.* Ibiique *Hillig. lit. f. Berlich. P. I. Concl. 35. n. 9. Ant. Faber C. L. IV. D. 24. Brunnem. adl. 1. C. de R. C. Müller ad Struv. Exerc. 17. §. 56. lit. a. Dn. Mariini ad Ord. Proc. Sax. Tit. III. §. 1. Tom. I.* Affirmant *Lange Proc. cap. 45. n. 68. Schnob. Exerc. 8. §. 23. Mey. P. VII. D. 95. n. 5. Carpz. P. I. C. 15. D. 4. n. 5. Wissenb. Exerc. ad ff. 24 thes. 36. B. Stryk. Us. Mod. tit. de iureiur. §. 40.* Quidam de probat. contr. praest. inram. leg. c. 3. §. 6. Excell. Dn. Böhmer introd. in ff. tit. de iureiur. §. 30.

Dissentus  
DD. circa  
probationes  
per testes,

- d) l. 15. C. de fid. instrum.  
 e) l. 1. ff. de fid. instrum.  
 f) Vid. B. Stryk. diss. de probat. contr. praest. iuram. leg. <sup>N. s. fra sen-</sup>  
     c. 3. §. 7. & Us. Mod. de iure iur. §. 40. ubi testes ad per- <sup>tentia praxi-</sup>  
     jurium probandum admissos assentit per sententiam <sup>corroborationis.</sup>  
 Ictorum Wittenbergensium, quam dein subsecutae ex  
 aliis locis tres conformes.

## §. XXI.

Sed gravior nunc enascitur quaestio, an sci-  
 licet posthabita illa indagatione, utrum juramen- <sup>An judici-  
certa pœ-  
na per ju-</sup>  
 tum praestitum sit judiciale inspecie dictum, an <sup>ro inslu-</sup>  
 vero necessarium, judici LL. subministrarint fa- <sup>genza</sup>  
 cultatem, pœna certa afficiendi perjurum, qui <sup>praescri-</sup>  
 actu externo despiciatur habuit Majestatem Di- <sup>pia?</sup>  
 vinam, labefactavit autoritatem judicis, partem-  
 que adversam dolo affecit ac damno. Certe jus <sup>De jure</sup>  
 Civile Gentile Romanum tam dubiam propri- <sup>Civili Ro-</sup>  
 nabit responcionem, ut vix quid credas, tibi sit <sup>mano Re-</sup>  
 reliquum. Legimus quidem testes falsos e Sa- <sup>sponsio ob-</sup>  
 xo Tarpejo dejectos, a) & Gellius b) autor est, <sup>Responde-</sup>  
 captivos ab Hannibale post apud Cannas victo- <sup>tur ad u-</sup>  
 riā Romam missos, perjuros a populo esse con- <sup>bria.</sup>  
 temtos disceptosque. At enim vero quemad-  
 modum adhuc sub judge lis est, an apud Ro-  
 manos juramento omnes testes consticti sint,  
 imo hujus legis rigor jam diu in desuetudi-  
 nem abiit & a Pandectis haud agnoscitur; c)  
 Ita

Ita perjuros a populo esse contemtos disceptos que non poenam probat sed vituperium , a pari statutum & vindictam ; ut nihil dicam de suspecta hic Gellii fide, cum Polybius d) autor fere coaevis totam hanc historiam plane aliter recenseat, dein hic nihil occurrat, quod poenam perjurii judicialis innuat. Nec quaestioni satis facit , quod censores Romanos de juramento cognovisse atque animadvertisse in perjuros, asteras, cum poenam illam censoriam lege quadam publica esse promulgatam, e) sine formidine oppositi affirmare nequeas. Tandem ob-

*repond.* ad l. 13 & jicis; quid multis verbis opus? Nonne lex 13. §. 6.  
l. 4. *stell* de jurejur. l. 4. *stillionat*. coercent perjurium? Re-

spondeo : Et hae leges rem haud exorbent. Etenim in priori perjurium punitur improprie sic dictum, quoque profanatio Nominis Principis Majestasque Imp. laesa vindicatur ; altera vero dolum saltenti crimenque stillionatus castigat, & in neutro occurrit poena, quae profanationem Numinis Divini judicisque contem tam autoritatem ulciscendo propulsit. Accedit

*vrgetur* lex 2. C. de R. C. jurejurandi religionem satis DE um habere ultorem, disponens. Hic vocabuli satis proprietas omnem quamcunque poenam ita excludere videtur, ut perjurium, si DEum ex cipi-

scipias neminem agnoscat vindicem. f) Arbitratur quidem Wissenbachius, g) summus ille *Dissentis  
Wissenba-  
chius ipse  
que re-*  
JCtus, Imp. Alexandrum hac lege publicam tantummodo denegare perjurii accusationem, non vero vetare extraordinariam. Sed hoc est p*ro*p*on*d.  
titio principii! Unde autem, haec probanda?  
Hic haeret aqua. Ipse enim Wissenbachius asserti sui ipsi incertus, per verba Taciti h) jusjurandum perinde aestimandum, quam si Jovem sefellisset, DEorum injurias Diis curae esse fatur, Tiberii aeyo extraordinariam perjurii accusationem usualem receptamque non fuisse; At asserti sui prioris incertus, tempus quo extraordinariae accusationis usus, procul dubio imaginarius, apud Romanos invaluerit, fugitivo transiit silentio,

- a) Ita enim in LL. XII. Tabb. edit. Jac. Gothofredi in fontibus IV. Jur. Civ. lit. c, si falsum testimonium DICA *Pena XII.  
Tabb. fals.  
test:*
- b) Noct. Attic. Lib. 7. c. 18.
- c) Cum enim illa lex XII. Tabb, atrox videretur & in *Quae dein  
abrogata &  
ejus loco ar-  
bitraria in-  
troducatur*  
civilis, successit in ejus locum poena arbitraria, uti aparet ex l. 16, ff. d. testib. *Qui falso vel varie testimonia  
dixerunt, vel utrique porti prodiderunt a iudicibus com-  
petenter puniuntur.* Ybi competenter puniri significare nihil aliud, quam conyenienter varietati rerum, causarum & personarum sive pro qualitate circumstan- tiarum & gravitate ac modo admissi existimat. *Pitisc.*  
*Lexic. Antiquit. Roman.* v, *Testimonium.* Tom. II, p. 744.

Bene Gellius Noct. Attic. lib. 20. cap. 1. An putas, favorine,  
si non illa etiam ex duodecim Tabulis de testimonii falsis  
paena abolevisset. Etsi nunc quoque ut amea, qui falso  
testimonium dixisse convictus esset, e Saxo Tarpeje dejice-  
retur, menituros fuisse pro testimonio tam multos, quam  
videmus?

- d) Epith. Lib. 6. quem locum excerptum deprehendes ap.  
Tholof Syntagn. jur. Univ. Lib. 50. cap. 6. n. 13.

*Louis Alexander  
ab Alexandro de paena  
Censoria ad  
ducitur.*

- e) Afferit quidem Alexander ab Alexandro Dier. Geneal.  
lib. 3. c. 13. Quod de juramento cognoscere & in perju-  
ros animadveriere, Censoriae fuerit potestatis; Dein que-  
que addit: Observatumque, ut quem censores senatu amo-  
verent, nota quoque & ignominia perstringerent, eaque  
quaes ad publicam disciplinam pertinerent lege edita statu-  
erent. Sed Alexandri hujus, scriptoris 15. seculi auto-  
ritas tanta non est, ut coecam ipsi habeamus fidem, in  
rebus, quaes vitam ejus longe praecessere, de quarumque  
circumstantiis nihil commemorant Romani coaevi.  
Probabile potius & certo certius est judicium, quod  
de hoc Alexandri loco communicavit Illustr. Dn Thom-  
asius cum orbe erudito, id quod uti defecatum ita &  
notatu dignum suppeditabo integrum: Quod autem,  
inquit, Alexander dicit ea, quaes de potestate. Censorum  
attulerat lege Censoria fuisse cauta, cuius etiam verba se  
adscriptissse putat, in eo haud dubie ad Ciceronis Lib. 3. de  
legib. respicit, ubi prope iisdem verbis lex de Censorum  
officio profertur. Nam quaedam parum commode in tex-  
tu Alexandri mutata sunt, vel eius propria incuria vel vi-  
tio desribentium. Fallitur ergo Alexander egregie, dum  
putat lege quadam Censoria talia fuisse cauta de officio  
Censorum, quod miror non solum a Tiraquelle non fuisse  
observatum, sed & ab aliis inculta ex alexandro exscri-  
ptum, quasi unquam in Rep. Romana de potestate Censo-  
rum sub tali formula lex lata fuerit. Evidens autem est,

Cice-

*Refut. vero  
bis illustr.  
Dn. Thomas  
sii.*

Ciceronem in libris de LL. non enarrare formulas LLgum Romanarum, sed recensere LL. in cerebro suo confitas, quales volebat esse in Rep. quae ex ejus ingenio debebat esse resp. perfecta, & ad ideam. Et si non negandum sit, cum in hac lege Censoria respexisse ad potestatem Censorum quam suo tempore habebant, atque ex illa legem istam consesse. Dissertat. de judic. seu Censur. Mor. cap. 2. §. 9. §. 10. seq.

f) Idem agnoscit glossator des Sachsen-Spiegels L. III. art. 21. n. 10. verba 1. 2. C. de R. C. allegata ita exponens der End ist allein Gottes-Urtheil und daher ergeheth er zu gleich über des Leib und Seele / der ihn unrecht schwehet, Conf. Theodor. Crimin. cap 5. n. 10. Carpz. Rer. Crim. qu. 46. §. 22. 23.

g) Comment. in libr. VI. prior. Cod. ad h. l. 2. de R. C.

h) Ann. lib. I. c. 73.

### §. XXII.

Ex quo vero Imp. Christiani , posthabito illo Romanorum Gentil. Imp. Scyeni principio, *Nec in Co-*  
*illos, qui in DEum delinquent, etiam Principum legibus dice quae-*  
*puniri a) debere sunt arbitrati , non possunt non expedia.* *stio illa re-*  
*peritur*.  
 in Codice extare nonnulla poenae perjurii vestigia, quae tamen ita non sunt exculcata, ut proposito multum inserviant. Par enim ibi saltem legum occurrit , quae hoc potissimum spectare existimantur, quarum tamen prima lex scilicet 41. Resp. ad l. C. de Transact. b) non perjurio judiciali , sed tantummodo violatae transactionis juratae poenam constituere videtur. A transactione enim jurata recedens ibi notatur infamia propterea,

quod crimen commiserit stellionatus. c) Stellionatus namque crimen irrogare infamiam damnato d) scimus. Deinde privatio actionis rei que proprietatis non propter perjurium sequitur, sed propter mendacium, e) nec restitutio poenae, quae pactis probatur inserta perjurii animadvercio appellari meretur, cum illa transactioni inhaereat, eaque violata, exigi posse con-

*Resp. adl.*  
*17. de di-*  
*gnit.* f) Accedit quod lex haec 41. C. de Transact. subdit adhuc disceptationi DD., an usu fori digna nec ne: g) Altera, quam hic subintelligo lex est 17. C. de Dignitat. h) quae quidem perjurii poenam expressam meminit, sed illam ad casum ibi specialem, seu ad personas illustres hoc criminis conspurcatas restringendam, non vero ad reliqua, quaecunque in judicio committuntur, perjuria extendendam esse putarem.

a) l : in fin. C. de S. S. Eccles.

b) Ipsa legis verba haec sunt: *Si quis major annis 25. adversus pacta vel transactiones nullo cogente imperio, sed libero arbitrio & voluntate contractas putaverit esse venientia, vel interpellando judicem vel supplicando Principibus vel non implendo promissa; eas autem, invocato Dei omnipotenzis nomine eo auctore solidaverit, non solum notetur infamia, verum etiam actione privatus restituta pena, quae pactis probatur inserta. Et rerum proprietate careat Semolumento, quod ex pactione vel transactione illa fuerit consecutus.*

c) l fin ff. Stellionat.

c) l fin.

- d) l. 13. §. fin. ff. de his qui not. infam.  
 e) arg. l. fin. de R. V. Conf. B. Stryk *Dissert. de abbrev. proc.*  
 per pæn. mend. §. 23. seq.  
 f) l. 37. l. 40. C. de *Transact.*  
 g) audiamus *Wissenb.* ad h. l. *Mores hodierni*, inquit, non *Affertur de*  
*recepere hanc constitutionem, in quam utpote iniquiorem Al-*  
*catus invehitur, eamque non Imperatore Arcadio, sed tu. transact. sen-*  
*tore eius Rufino, Praefecto Praetorio, ad quem emissâ ac. remia *Wise**  
*ceptam fert. Rufinus ille & Stilico Aarcadii & Honorii sentachit*  
*Tutores turpissimi audiunt legum cauponatores, quosque*  
*rapinis omnia fædasse memorant *Suidas*, Eunapius *Sardianus*, & Claudianus *Poëta*.* Cum quo consentit Molin.  
*de Divid. & Individ. P. II, n. 578. Menoch. Cons. 355. n. 2.*  
*Cephal. Cons. 370. n. 13. 14. Quibus tamen contradicit*  
*Brunnem. ad h. l. n. 13.*  
 h) En verba ipsius legis hoc spectantia. *Quotiens ex pri-*  
*vata cuiuslibet interpellatione civili vel criminali viri il-*  
*lustres conveniendi sunt, nulla dandæ fideiæffusionis concus-*  
*sione vexentur, sed per speciale privilegium suæ committi*  
*fidei consequantur, curatoria ab his cautione tantummodo*  
*exponenda, quam si neglexerint, & contra insertum cau-*  
*tioni sacramentum ipsi vel eorum procuratores abfuerint,*  
*in pecuniariis quidem causis super possessione rerum ad eos*  
*pertinentium judex competens, quod etiam juris auctori-*  
*tas & rei qualitas suggesterit, ordinabit. In criminali-*  
*bus vero negotiis dignitate quoque, qua se per suum*  
*videlicet perjurium indignos esse probaverint spoli-*  
*ent, ut in eos utpote illustri dignitate per suum facinus*  
*privatos, in consulta etiam nostra pietate judicibus legum*  
*severitatem liceat exercere.*

### §. XXIII.

Sed cum hactenus ex legibus Pandectarum &  
 Codicis recensita adhuc summa laborent obscuritate  
 in

in noviora nunc Christianorum Imperatorum tempora nostrum se se porrigit indagandi studium. Discimus autem ex Capitularibus Karoli M. a) eum perjurio imposuisse manus jacturam. Atque passim Historiarorum b) & monumentorum c) nos docere videntur vestigia, & inter iudicij Westphalici causas Vehm-frogicas, die Baumwürgis wahren relatum fuisse perjurium. Illud enim majores proptera poena gravissima expiandum judicarunt, quod hic crimen videtur adversus Deum commissum, d) quo praesupposito & Principi in illud graviter animadvertendum, ratiocinantes. e) Ex hoc enim emanat ex parte principio poena excommunicationis f) & infamiae, g) per jus Canonicum perjurio dictata; Quae quamvis praxi Protestantium limitata attritaque sit, h) nihilo tamen secius non omni destituitur effectu. Majorem tamen quaestioni §. 21. expositae Nemesis Karolina & mores judiciorum afferunt lucem decisionemque, ita scilicet, ut iudici quidem omnino donem puniendo facultatem, si perjurum in iudicio commissum, ipsam tamen poenam vel expressam afferam vel arbitriam. Illam appollo, quae speciales praesupponit perjurii judicialis casus, poena expressa per ordinacionem Karolinam notatos. Quorum I.) si in casibus quos praesupponit Constitutio Criminalis quis pecuniae nomine vel lucri consequendi causa perjurium in iudicio commisit, & amputatis punitur duobus digitis. i) Quae vero membrorum mutilatio an cum fine poenarum satis conciliari possit, mei hic non est inquirere. Ceterum praxi in valuit Germaniae, ut non integri duo digiti, sed saltem priores illorum articuli, quibus juratum, absindantur. k) II.) Si quis Vrphedam absolutione non impe-

Secund.  
Nemes.  
Karoli  
num.

impetrata violavit, & eadem pœna sequitur, quae in  
caſu priori. Cui vero Jus Saxonum Electora-  
le addit relegationem, m) amputationem ve- Quænam  
ro digitorum interdum plane remittunt. n) Si ve- pœna Ur-  
phedæ de  
ro secunda vice Vrphedam frangens revertatur, vir- jure Sā-  
gis caefus, relegatur in perpetuum; o) sed tertia vi- xon.  
ce rediens plecti solet capite. p) III) Si quis suo per-  
jurio seu testimonio falſo innocentem quendam mor-  
te affecit, & pœnam luit talionis. q) Ad arbitriam Secund.  
quod attinet pœnam, illa vel pecunaria r) est, vel car- moros Ju-  
ceris, s) vel relegationis, t) vel fustigationis, u) pro dicioſis,  
ut dolus, dampnum illatum, lucrumve perjurio acqui-  
ſitum minuit hoc delictum, vel adauget, id quod a ju-  
dicis arbitrio in primis dependet ac judicio. x)

a) Vid. Capit. 10. Karoli de ann. 779. ap. Baluz. Capit. Reg. Capit. Karoli  
Franc. Tom. I. p. 197. Add. p. 425. 431. 795. De eo qui per M.  
jurium fecerit, nullam redēmptionem det, niſi manum per  
dat. Conf. lit. q.

b) Ita enim Henricus de Hervordia, qui sub Karolo IV, v) verba H, de  
xit: Karolus in patriam, de qua antiquos Saxonas fugi- Hervordia &  
verat ultra viseram, de Francia, efflata Hasbania & Ar- Aen. Sylvii,  
dania populum novum introducens, terram eis dedit per- perjurii inter-  
petuo possidendam: Sic tamen quod regionis totius pro- causas vebm-  
prietary de eo dederit, videlicet patriam illam in fideferentium  
Christi & fidelitate Regis manutenerent, propter quod &  
legem secreti iudicii, quod patriae illius lingua Behme dici-  
tur, studens regionem ipsam expurgare fuit, quod terra  
saltuosa sit & latibunda, per iuriis etiam & proditionibus  
sibi crebro compertis, ibidem perpetuis temporibus inviola-  
bilitate inter Rbenum & Wiferam obſervari sancivit. Cum  
quo consentit Aeneas Silvius de ſtatu Europæ ſub Fri-  
derico III. Imp. c. 29. Karolus M. inquit, multa cum  
Westphalis prælia gesit, eosque magnis afficit cladibus,  
coegit.

coegeritque Christi religionem amplecti, relictō idolorum cultu: quam cum saepius abnegassent, nec iurandum adverterent, ut metu pœnae rebellionem compesceret, occultos instituit judges, quibus potestatem dedit, & quam primum pejerat aliquem compcripsent, aut fregisse fidem, aut aliquid aliud flagitium commisissē, mox illum supplicio officerent, ubi primum comprehendi posset, nulla citatione praevia, aut defensione praemissa. Elegit viros graves & recti amantes, quos plectere innocentibus haud verisimile fuit. Terruit ea res Westvalos, ac demum in si de continuuit, cum saepe in nemoribus & proceres & mediocres viri laqueo suspensi invenirentur, nulla accusacione prius audita. Quaerentibus tamen causam, constabat fregisse fidem, aut magnum aliquid scelus commisissē, qui necati reperiebantur. Vid. Aerborn, Rer. Germ. Tom. III. Tr. Irmenf. Saxon. cap. 12. p. 24. seq. Vbi invenies haec loca excerpta.

c) Vid. Datt. de Pac. publ. L. IV. c. 3. n. 45. p. 742. seq.

d) e) Vid. charta, quam exhibet Datt. l. c. p. 743. Vbi non nemo, cuius nomen Überlin Gleiger / qui celata servi conditione in numerum scabinorum se recipi passus, dicitur perjurio fidem, qua Deo & imperio obstrictus est, laesisse. Das überlin Gleiger have den Frye greven und das Frye Gerichte mit syne bosen unwaren An bringen bedrogen und Goede vom Gemel und dem heilgen Riche Izvelois/ truwelo is und meinheidig worden ic,

f) c. fin. 22. qu. 1. c. si quis convictus 22. qu. 5. cum quo consentit Thürfurstl. Brandenb. Kirchen-Ordnung c. 22. §. 7. Vbi perjurii inter illos recensentur, so in Hann ge than und aus der Christlichen Gemeinde ausgeschlossen worden/ welche nicht anders/ als durch öffentliche Kirchen-Busse in coeturum fidelium wieder können recipiret werden.

g) c. infames 6. qu. 1. c. si quis convictus 22. qu. 5. cui ad stipulatur Glossator des Sachsenp. Lib. 3. art. 83. n. 4. das

Locus ex in-  
strumento  
quodam ap.  
Datt.

Pena excom-  
munic. sec.  
jus Can. &  
ius Eccles.  
Br. andenb.

Infames  
sec. Ius Can.

dass aber alle Meineydige chrlöß seyn hast du ic. Et Ne-  
mesis Karolina art. 107. welcher vor Gericht einen gelehrt  
ten Meineyd schwehet/ soll dazu verleumdet/ und aller be-  
Ehren entzogen seyn. Item jus Lubecense Lib. IV.  
tit. 14. welche falsch geschworen. und Meineydig worden/  
sollen andern ehelichen Leuten nicht gleich/ sondern  
anrüchtig gehalten und geachtet werden.

b) Ita enim de excommunicatione Excell. Dn. Böhmer, Excommuni-  
catus in primis propter solidam juris Canonici sibi ac-  
quisitam scientiam & apud exterios celeberrimus, Tra-  
ctatu nuper admodum edito sub Titulo *Jus Ecclesiasticum* ap. Protec-  
Protestantium p. 898. differit: *Est quidem excommunicati-  
onis usus in Ecclesiis Protestantium non penitus abolitus.* Dn. Böh-  
mer ut ut rarer forsitan sit, interim tamen eousque effectum sa-  
mum non extendit, ut omne commercium civile etiam ex-  
cludat. Vid. Ordin. Coburg. noviss. p. 272. Evidem  
Lutherum cum Theologis & JCis Wittenbergensibus in pri-  
ma Confessorii constitutione ita censuisse refert Dn. Fecht  
Tr. de Excom. p. 32. Zudem soll der Bann eine Bürger-  
liche Strafe mit sich bringen als eine suspensionem de  
officio, item auf eine zeitlang Absonderung vom Rath-  
Stuhl item Verbietung seines Handwerks/ seiner Nah-  
rung das soll weltliche poen seyn. *Ipsé tamen arbitratur*  
*nunquam hanc poenam in praxin deductam fuisse, quod e-*  
*go quoque arbitror, quia naturae excommunicationis, quae*  
*ad civilia haud porrigitur, aperie repugnat.* Nec B. Lu-  
theri auctoritate deterreor, quo minus ita sentiam, cum  
facile ei condonari queat, quod quaedam imperfecta reli-  
querit, aliorum cura & solitudine aabuc expolienda.

c) Vid. Karoli V. Peinl. Hals-Gerichts-Ordnung artic. 107.  
welcher vor Richter oder Gerichte einem gelehrten Mein-  
Eyd schwehet/ so der selbige Eyd zeitlich Gut antrifft/ dass  
in des/der also falschlich geschworen hat/ Nutz kommen/der  
ist zu fordern schuldig/ wo er das vermag/ solch falschlich ab-  
geschworen Gut/ dem verletzten Wiederzukehren/ soll auch

dazu verläumdet und aller Ehren entsehet seyn / und nachdem im heil. Reich ein gemeiner Brauch ist / solchen falsch schweherten die zween Finger damit sie geschwohren haben abzuhauen / dieselbe gemeine / gewöhnliche Leibes- Straffe wollen wir auch nicht ändern.

Pena Vrphedam  
nullum aliud comitetur delictum,  
poenam adhuc graviorem exigens.  
Karolina art. 108.

- k) Vid. B. Stryk us. Mod. iii. ad leg. Corn. d. falf. §. 9.
- l) Si scilicet Vrphedam nullum aliud comitetur delictum, poenam adhuc graviorem exigens. Ita enim Nemesis Karolina art. 108. Bricht einer eine geschwohrne Urphede mit Sachen und Thaten/ damit er unser Kaiserlich Rechte und dieser Ordnung nach zum Tode ohne das möchte ge straffet werden/ derselben Todes Straff soll folge geschehen. So aber einer eine Urphede mit Sachen/ darum er das Leben nicht verwircket hat/ fürsätzlich und freventlich verbreche/ der soll als ein Meineydiger mit Abhauung der Hand oder Finger und anderen wie in necht obgemeldten articul berühret/ bestrafet werden.
- m) Vid. Conf. Elec. Sax. 48. P. IV. inpr. die so auff einen geschwohnen Tyd verweiset oder doch wissentlich wiederkommen/ sollen mit Abhauung der 2. forder Finger anderweit verweiset werden.
- n) Vid. præjudicium ap. Dn. Beyer Repet. prael. dissert. de Expens. Exsec. Crim p. 308. n. 103. seqq. Alsuns die wieder Marien Elisabeth Neffin ergangene Inquisitions Acta zugeschickt/ und unsere Rechts-Berichtung darübergebetzen/ dem nach Spr. W. V. N. ist ermehrte Inquisitio im Decembri abgewichenen Jahres/ wegen verübten Diebstahls im Gefängnisse mit Rüthen gezüchtiget/ und darauf nach abgelegter Urphede der Gräflichen Neuß. Plauischen Herrschaft auff ewig verwiesen worden. Dessen unerachtet sie sich doch wiederum eingefunden und von neuen Diebstahl verübet. Inmassen sie dann in Güte gestanden und bekannt/ daß sie Hans Pezolten zu Gleina/ wie auch Christoph Schencken und Georg Clostermannen/ zu Seyersdorf/ unter-

unterschiedenes in actis benantes Geräthe/ Kleider/ / Geld und andere Sachen gestohlen/ und wieder heraus geben müssen. Ingleichen wissentlich in die Neuffische Gerauffische Herrschafft gegangen. So wird sie so wohl dieses ihres begangenen Meineydes/ als auch wiederholter Dieberey wegen/ nach andertweit abgelegter Urphede mit Staupen- Schlägen/ des Landes evig verroisen/ auch ihr darne- ben angedeutet/ daß/ wenn sie sich wiederum in denen Gräfl. und andern abgeschworenen Landen (nim: cum som tenus hac communem servant Rhutenicum Episcopatu Cicensi) betreten lassen würde/ sie mit Abhaning der Sin- ger/ womit sie geschworen/ bestraffet werden sollen.

9) Vid. Conf. Elect. Sax. 48. P. IV. & ad eandem Carpz. ubi varias limitationes reperies additas.

9) Sic Nemesis Karolina disponit Art. 107. Wo aber einer durch seinen falschen Eyd jemand zur Peinlichen Straffe schwüre/ derselbige soll mit der poenam, die er fälschlich auf einen andern schwäret/ gestraffet werden. Eadem poena expectavit olim Laicos ap. Francos, ut videre est ex Capit. quod exhibit Balut. Tom. I. Capit. Reg. Franc. pag. 1010. De his qui innocentes ad Principes aut Judices accusare convicti fuerint, si Clericus honoratior fuerit, ab officio sui ordine degradetur. Si vero secularis, poenam quam ipsi, si convicti essent, passuri erant, patientur. Et insuper si talis causa fuerit unde vivere debeant, a sacerdotibus publica pœnitentia multentur, ut spiritus salvus sit in die Domini.

r) Vide sis ap. Carpz. Nachdem nu solche Eache vor dem Gerichts-Junker gebracht/ und ihr/ ob ihr dabei gewesen/ befraget worden/ habt ihr dasselbige wieder die Wahrheit verläugnet/ und also wissentlich einen Mein-Eyd begangen/ dorowegen euch eure Obrigkeit entweder um 60. Schock oder drey Jahr mit Landes-Verweisung zu straffen geme- net; so ist bemeldte Obrigkeit solches zu thun wohl befugt. P. IV. C. 48. D. 6. Simile praecudicium occurrit ap. Richt.

Pœna pecunia pro absoluenda banno.

Pœna Carceris

B 1 - 11209.  
C. C. —  
2 —  
3. 1 —  
11 —  
16 —  
3 —  
12 —  
X

Pœna Relegationis.

Pœna infigationis.

Conf. Vol. 2. Conf. 359. n. 6. Ceterum pœna pecunaria, quae Romæ datur pro absolutione a banno in quem incidit perjurus, sex saltē sunt grossi, uti est in taxa Cancellariae Apostolicae Edit. Paris. Anno 1520. Conf. Zahn de Mendac. c. 10. n. 16.

- s) Ita Scabini Lipsienses ad Consultationem Senatus Ao. 1671. responderunt: Haf Inquisitio in Güte bekant und gestanden/ daß sie am 17ten Aug. des jüngst abgewichenen 1670higsten Jahres/ ohne Ansehen sie eydlich vernommen/ und vor der Straffe des Meinendes ernstlich verwarnet worden/ doch ihre Aussage wie es sich in Wahrheit verhalten/ nicht gehan/ gleichwohl etliche Zeit hernach ihr solches gezeuven lassen/ und die vorige Deposition gänzlich verändert/ nach mehrern Inhalt derer vorigen Inquisitionalien. So wird sie nach Gelegenheit der mit einlauffenden Umständen/ und weil sie wieder ihrer Schwieger Mutter Zeugniss zu geben/ nicht angehalten werden sollen/ hierauf auch pœnitent/ und ihr Verbrechen in guten bekant/ 4. Wochen lang mit Gefängniss in Straffe genommen/ auch die verursachten Unkosten auf vorgehender Liquidation und richterliche Ermäßigung zu ersatten billig angehalten/ mit der Kirchen Buße aber mag sie nicht beleget werden/ ap. Io. Fr. Knorren Tr. de panuient. Eccles. c. 5. n. 77. p. 82.
- t) Ita Facultas Jenensis cuidam hospiti, cui homicida crimen manifestavit, illud juramento neganti, dein vero perjurium confitenti dictavit cum relegatione perpetua ap. Rict. Vol. 2. Conf. 359. n. 6. Coni. praeiud. allegat. lit. n.
- u) Vid. praejudicium ap. Rict. l. c. add. Reusn. Decis. n. 82. Lib. 3. Matth Stephan. ad artic. 7. Nem. Carol.
- x) Conf. B. Stryk. Us. Mod. ad tit. de leg. Cornel. de fals. §. 9.

F I N I S.

00 A 6454



56.

Vorpx



B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta


Red

Yellow

Green

Cyan

Blue



DISSE<sup>13</sup>TATIO INAUGURALIS JVRIDICA

DE

# PERJURIO JUDICIALI

Quam

RECTORE MAGNIFICENTISSIMO,  
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO,

DN. FRIDERICO  
WILHELMO,

PRINCIPE PRVSSIÆ, MARCHIONE  
BRANDENB, RELIQUA

ILLUSTRIS JCTORUM HALENSIUM  
ORDINIS CONSENSU

PRO GRADU DOCTORALI

D MARTII MDCCXIV,

IN AUDITORIO MAJORI

*horis ante & pomeridianis,  
publicae disquisitioni subjicit*

JO. MARTINV<sup>S</sup> Wichmannshausen/  
Halberst. Saxo,

HALÆ MAGDEBURGICÆ,

TYPIS JOH. CHRISTIANI ZAHNII, ACAD. ET SENAT. HALLENSIS  
TYPOGRAPHI.

LITTERIS ORPHANOTR. OLEI